Guil: Jenchini

Celeuſma,

SEU

CLAMOR,

AD

THEOLOGOS

HIERARCHIÆ ANGLICANÆ, Sanctitate Doctrinæ, & Vitæ, Conſpicuos.

Per quem

Juſtâ & ſanctâ indignatione permoventur, excitanturq; ad ſociandas vires & jungendas dextras, cum fratribus abeuntibus ab eis in diſciplina, ut uno niſu ſeſe opponant Symmyſtis de ſuo grege, qui Reformationem in Doctrina, à Deceſſoribus optimo Conſilio & ſubacto judicio inchoatam, & regni legibus ſtabilitam, ſubvertere, ſaltem corrumpere ſatagunt

{Pelagianiſmo, Socinianiſmo, & Papiſmo.}

Cui ſubjungitur duplex Elenchus, unus errorum de Novatorum fabrica: alter ex adverſo puriorum doctrinarum Eccleſiæ Anglicanæ.

Tum refelluntur,

Duo putidi Literatores, qui in fidelem Chriſti ſervum, *Guil. Jenchinum*, invecti ſunt, Unus quidem ſcripto, cum hoc titulo, *Vindicia Cleri Conformis ab hæreſeos iniqua imputatione*; alter verò cum hoc lemmate libri, *Hodierna ſeparatio à ſe ipſa damnata*, quâ Non-conformes Schiſmatis poſtulat; cui præfigitur ad majorem authoritatem hæc licentia,

IMPRIMATUR',

Guil. Jane R.P.D. *Hen.* Epiſc. *Lond.* à Sacris Dom. *Jan.* 27. 1677.

LONDINI, 1679.

Ampliſſimis, Nobiliſſimis & Illuſtriſſimis

VIRIS

Regiæ Majeſtati à Penitioribus

CONSILIIS,

Alteri

Domino *Antonio* Comiti *Shaftsburienſi*,
Baroni *Aſhley*, &c.

Alteri,

Domino DENZELLO HOLLES, Baroni
HOLLES de IFIELD,

D. D. D.

HÆc Opella (*Nobiliſſimum Par*) *exigua mole, graviſſima momento, quæ veritatem à mendacio diſtinguit; Tum Novatorum artes doloſas, offucias, hæreſes, detegit abſtergitq;, ne fraudi ſint doctrinæ quæ eſt ſecundum pietatem, debuit ſub patrocinio & nomine*

veſtro apparere. Sed quorum nomine? Certè Virorum, quorum ſplendor aut dignitas, non illa eſt quæ ſaxo aut ære inciditur, & quæ ſtat in imaginibus & nobilitate proavorum, ſed quæ poſita eſt in cenſu & judicio bonorum ſapientiâ præſtantium, de illuſtrium virorum virtute, & religionis amore. Qui videntur non accipere ornamentum à purpura, ſed purpuræ dare, imo ipſam nobilitare nobilitatem. Ut jam ille honorum apex, ad quem evecti eſtis, vobis potius indignus eſſe videatur, quam illo indigni videmini. Quorum religio, naturæ dotes ſanctitate illuſtrat; quemadmodum ab illis dotibus, claritas et decus ipſi religioni accedunt. Dum inter hæc, ſic ſuſtinetis graviſſima regni miniſteria, quaſi nati & facti publico bono; ut, nunquam in hoc ævo ſequiori, ſpe mundi fallaci, rebus, ſuſq; deq; euntibus, inter adverſa & proſpera, à recto tramite & à vera religione, deſciveritis. Ut taceam inter dedicationis hujuſce cauſas, ingentia in me merita veſtra, quibus me (viri illuſtriſſimi) vobis devinxiſtis, penè dixerim mancipaviſtis.

Admonitio

Admonitio.

VElim in limine, monitum meum Lectorem, me in allegandis teſtimoniis heterodoxorum, qui Eccleſiam Anglicanam Pelagianiſmo, Socinianiſmo, & Papiſmo corruperunt, memet intra ſpatium viginti circiter annorum noviſſimè elapſorum, incluſiſſe; nec reduxiſſe priora, ut ſunt Laudenſia tempora, quorum, utpote, labes & hæreſes à claris ſcriptoribus & patronis ſanctæ fidei, memoratæ ſunt; unde luculenta probatione liquet, molimen eorum qui ſpecie duntaxat ſunt Proteſtantes in *Anglia*, ſupparaſitandi *Pelagio*, *Socino*, ſed imprimis *Papæ* & *Papiſmo*, non includi annorum ſpatio, quod mihi præfinivi, ſed multò antiquius eſſe.

Porro, exolutum me exiſtimo labore plura quàm nunc colligo, teſtimonia, petita ex ſcriniis heterodoxorum, in unum congerendi;

di, quia vir doctiſſimus *Thomas Danſonus*, totus Dei domûs zelo calens, eo patriâ linguâ defunctus eſt, longè majori collato acervo errorum, & quos ſpes eſt fore ut publico non invideat. Ego ſanè ultro agnoſco, me viro ſagacis induſtriæ in ruſpandis iſtis fæcibus, multùm adjutum; cùm nec animus eſſet, nec otium ſupereſſet eruendi ex tot ſcriptorum Anglorum impuris lacunis, ea loca quæ mihi amanter ſuffecit. Quocirca hoc Celeuſmate mihi ſatis eſt, præter illa teſtimonia quæ mihi ſuppeditavit, & poſt ingentem acervum lolii, quo vir pius repurgat aream Eccleſiæ Anglicanæ, aliquot Zizaniorum nondum eradicatorum manipulos convellere, & foras exportare: licèt ille & ego per hunc inglorium laborem, fodicemus fimum, hoc eſt, intellectum ſublimioribus dicatum abjiciamus ad ſordes everrendas: unde tamen non inanis opera futura eſt, ſed in grande emolumentum Eccleſiæ ceſſura, ſimul ac iſtis ſordibus erit repurgata.

Erit forſan qui excipiet aut culpabit, quòd

quòd in allegatione Authorum πονηρῶν κόμματα proferam illos qui vivere desierunt; sed cùm eorum scripta, post obitum, de novo fuerint typis mandata, cùm Superiorum licentia, de illis omnino reputandum & judicandum est, ut de scriptis quæ recèns comparent, ut quod hodie laudatur & approbatur, censeri debeat nuperus partus & quasi sub prelo etiamnum calens.

Cæterùm haud facile est explicatu, quanta utilitas Ecclesiæ Dei accedat ex hac collatione dogmatum improborum cum sanctissimis. Illa imprimis, quòd pura, sancta, & Apostolica fides piorum & doctorum, qui, vel primam reformationem in *Anglia* aggressi sunt, vel illis astipulati sunt, juxta impuram & virulentam posita, & è regione collocata, tantò defæcatior & purior emineat & præstantior prodeat. Accedit quòd quemadmodum dictũ est à *Prospero* & *Fulgentio*, nos debere *Pelagio* eruditos tractatus sancti *Augustini* de gratia, sic Novatoribus nostris impuris & heterodoxis, debeamus conspectum illum tot testi-

teſtimoniorum in unum agmen coeuntium, ut, quæ, veluti tot faculæ micantes, antea diſperſæ erant, nunc ſimul junctæ, conficiant ingentem & illuſtrem facem & lampadem, ſuam lucem in orbem & longè latéq; diffundentem; quâ illuſtrati boni viri noſtrates, obfirmentur, in ſancto propoſito adhærendi primorum reformatorum fidei, ſanctæ ſanè & Apoſtolicæ, ſi ulla in toto orbe; & muniantur, tanquam præſtantiſſimo antidoto, adverſus contagium & venenum, quo Novatores Eccleſiam Anglicanam inficere & corrumpere, enituntur.

Supereſt una admonitio, ſed levidenſis quâ lectorem præmunitum velim, quòd in Syngrammate Parallelorum, ubi hîc Orthodoxa, illîc hæretica doctrina eſt poſita, hæc non ſemper illi reſpondeat è regione & à latere, propter forſan longiorem ambitum unius comparis periodi quàm alterius; ut jam longiùs ſit excurrendum quàm vellem, ad contrapoſitionem inveniendam.

Pag. 58. lin. 3. lege *quæ erant.* p. 61. l. 11. l. *noſtri.* p. 73. l. 4. *quidam volunt legi conſimilio quæ erant.* p. 108. l. 19. l. *tranquillitatem.* p. 109. l. 5. l. *penant.*

CLARISSI-

CLARISSIMIS.

Doctiſsimiſq; Theologis,

Orthodoxæ Fidei Vindicibus,

Et Ritibus

ECCLESIÆ ANGLICANÆ

Conformibus.

Quandoquidem *Eccleſia Anglicana*, filios quos habet degeneres, hocce parallelorum pungentium faſciculo, pro meritis *Caſtigaverit*, nullus dubito, quin pro ſagaci veſtro ingenio facilè hariolemini, illos hanc correptionem, *per ignaviam* ſuam ſibi accerſiviſſe, dum ſatius ducunt ludicris hujus vitæ reculis, nugiſq; ſeculi futilibus, animos diſtinere, quàm ſaluberrimis *Eccleſiæ* documentis inſtructiores evadere. Etenim qui *filios Eccleſiæ* perperam ſe venditant, ſi tantum operæ impendiſſent ut ſub

matris, quam vocant, inſtitutione proficerent, quantum curæ impertiti ſunt ut ejus alerentur reditibus, aut inaurarentur divitiis, haud magnopere opus fuiſſet, hacce aut *vindicatione Eccleſiæ Anglicanæ*, aut illorum *Caſtigatione* publica. Verum enimvero, quandoquidem inertibus ejuſmodi filiis, prorſus fuerit neglectui, *Eccleſiæ* eos leniter inſtituentis *doctrina*, ſpero apprime utilia fore, ſaltem arbitror opportuna, *Eccleſiæ* eos acriter corripientis *verbera*, quæ deſides hoſce diſcipulos qui hactenus *Eccleſiam* incaſſo & irrito profectu magiſtram habuerunt, ad ediſcenda veritatis documenta extimulent. Haud inficior id dehortamenti ſuggeri poſſe à nonnullis ut me depellant à Conſilio publici juris faciendi hanc opellam; nempe cùm non pudeat eos quos redarguo, pro nihilo habere *Eccleſiam*, adeoq; conſpuere in faciem ejus quæ innutrivit eos, non aliud expectandum eſt, quàm ut acriter inſurgant in eos à quibus arguuntur hujus immodeſtiæ. Attamen de hoc uno monitos velim hoſtes illos ὀρθοδοξίας apertos, me nihil morari, ſed cum faſtidio ſpernere calumnias à maligno animo emanantes, quas in *Eccleſiæ Anglicanæ* hyperaſpiſtem effundunt, quantoq; magis Convitiorum ponderе, famam noſtram ſatagunt deprimere, tanto animum altiùs in ſpem aſſurgere, memet erigendæ *Chriſti*, & diruendæ *Antichriſti* cauſæ fideliter navaſſe ſtudium; imò in ſuperbiam, ſi fas eſſet

ſuperbire

ſuperbire, ejuſmodi maledicorum contumeliis, quàm eorum laudibus, me longè fore promptiorem. Verùm *(Viri Reverendi)* cum alieno ſitis animo ab hiſce hominibus malè feriatis, ac temperie magis ingenuâ, Conſilium eſt à vobis eximere omnem ſcrupulum, circa hujus προσφωνήσεως publicationem, opportunam fortaſſe veſtris exceptionibus, atq; me vindicare ab omni cenſurâ, in quam etiam in exiſtimatione veſtrâ, poſſem incurrere.

SECT. II.

1. VItio mihi vertent forſan nonnulli, quòd ſeriùs quàm par fuit, hæc prodeat opella, ut judicari debeat enata extra partûs debitum tempus, non quòd *nimis citò*, ſed quòd non *citiùs* in lucem emiſſa fuerit. Cui quidem cenſuræ eo magis videtur hæc προσφώνησις obnoxia, quod jam biennium eſt & quod excurrit, poſtquam prodiit adverſus *Jenchinum* enerve quoddam & inane ſcriptum cui titulus [*Vindiciæ Cleri Conformis ab iniqua hæreſeos imputatione*] Scriptum inquam, inane & vacuum, non futilitatibus,

 nugis,

nugis canoris, craſſiſq; * *mendaciis*, quibus cumulatè plenum eſt, ſed rebus bonæ frugis, authore vel, ut ferunt, quodam *Grove*, vel ſaltem homine ejuſmodi à quo nomen illud non multum abludit, cùm totus videatur quantus quantus eſt, *idolis* illis dicatus & conſecratus, quæ author hujus *Celeuſmatis* molitus eſt diruere. Porrò in hoc codice triobolari author fronte ferreâ & perfrictâ, non ſolum pernegat, quod ulli unquam errores & hæreſes aſſerti & palàm editi fuerint à quoquam de Clero Conformi pugnantes cum fide *Eccleſiæ Anglicanæ*, ſed & iterum atq; iterum gravis fuit *Jenchino*, ſuâ importunitate, ut ſi quid culpandum haberet in viris Conformibus circa errores contra doctrinam Eccleſiæ evulgatos, ſi quid caſtigandum, ejus ſtatim copiam faceret, & prodire foràs pateretur. Non injuriâ ergò rogandus eſt author hujus Celeuſmatis, cur tam diu ceſſavit priuſquam errores illos foràs propelleret? cur fides non facta rei quam impleri poſſe jamdudum inficiatus eſt adverſarius? Sed in promptu eſt reſponſio, quòd vix prodierat illud ſcriptum adverſus *Jenchinum*, quod pernegabat ullos de Clero Conformi *heterodoxiæ* eſſe reos, cùm editioni parata eſſet accurata & prolixa ad ſingula reſponſio,

* *De illis mendaciis (ut cætera taceam quamplurima) nempe quod* Jenchinus *totum Clerum Conformem hæreſeos arceſſiverit, quòdq; nullæ hæreſes à quoquam de Clero Conformi cuſæ & excuſæ fuerint, &c. id craſſiſſimum, & in* Utopia *feraciſſimâ mendaciorum* provinciâ *excogitatum, ſive potius in officinâ* mendaciorum parentis *fabricatum, quod ſupplicio Magiſtri* Love, Jenchinus *molitus fuerit ut impunè evaderet.*

ſio, & ſic omnibus numeris abſoluta, ut nihil illorum prætermiſſum eſſet, quæ ad juſtiſſimam ejus vindicationem pertinerent, typis etiam mandatis, aliquot ejus foliis, iiſq; à prelo calentibus & extractis. Sed quod dictum ſit vobis, viris *ingenuis & Conformibus*, accipite quam *parùm ingenuè*, imò quam *barbarè* ſe geſſerint *Jenchini* adverſarii. Ad primam nempe auditionem rei quam *Jenchinus* habebat præ manibus, ne diſpaleſcerent tot errores in unum congeſti, adhibuerunt ſuos, ut aiunt, *Joves tutelares*, qui operas ſufflaminarent, & qui juſſione publicâ ſancirent & decernerent gravem pœnam illis qui ulla *Jenchini* meditamenta typis mandarent; ut jam miſerrimus *Typographus* coactus fuerit ab incepto deſiſtere, *Jenchini* partu ad mortem damnato, aut ſaltem eò redacto, ut uſurâ lucis neutiquam frueretur. Ego ſanctè profiteor, hanc fuiſſe cauſam, cur tam diu protelata & dilata fuerit reſponſio, nec citiùs in publicum prodierit. Unde, ut obiter hoc ſuggeram, liquet quam magnanimi quam fortes illi heroes fuerint, qui non audent nos adoriri, niſi manibus noſtris poſt tergum revinctis, & poſt ademptum uſum oris & calami, & niſi (quod poſtmodum ſcripto fecerunt) ubiq; gloriarentur *Jenchinum* ad ſilentium redactum eſſe, nihil mutire aut poſſe aut audere, illum primum in arenam deſcendiſſe, ſed primùm arenam deſeruiſſe, ut imparem certamini cum adverſario

verſario à quo provocabatur. *Jenchinus* his omnibus licèt laceſſitus eſſet & irritatus, cum non liqueret, tot obſtantia Cauſæ Dei, & juſtæ ejus vindicationi ſubvertere, neq; refellere & expellere calumnias in illum agminatim congeſtas, mihi conſtitutum erat, memet intra ſilentium continere, nec ulterius reſponſionem ullam in publicum propellere. Verùm cum adverſarius plus *ſilentio*, quam *reſponſo* offenderetur, idq; palam teſtaretur edito quodam ſcripto cum hoc lemmate, *Hodierna ſeparatio à ſe damnata*, authore aut ſaltem approbatore quodam *Jano*, in quo conatur par pari referre, & ſchiſmatis crimen illi inurere, à quo hæreſeos arguebantur novatores, idque juxta ipſius *Jenchini* principia, non ſuſtinui me diutiùs cohibere quin manum calamo admoverem, ſed fixum & immotum animo meo ſedit, omnia perrumpere obſtacula, quæ me à neceſſario hoc officio arcere videbantur.

SECT. III.

EGo ſane, quod falſum & intolerandum in modum *Jenchino* imputat, crimen ſcilicèt *Schiſmatis*, vehementer expetii in hoc ſcripto probatum videre, eoq; flagrantius quòd accuſatio,

uncialibus

ſocialibus eſſet ſcripta *literis* in ipſo operis frontiſpicio, unde magnus ardor me cepit evolvendi hominis ſchedas quoad ſubſiſterem ad locum ubi ſibi ſpondet lectorem ſuum inventurum probationem de non-Conformibus propriâ ſicâ jugulatis, & confitentibus ſe reos ſchiſmatis, imò de *Jenchino* ſe reum pertrahente ad Judicium non ſolum ore, ſed & calamo, ſeu Commentario ſuo in Epiſtolam *Judæ*. Sed væ illi & mihi, nam comperi poſt multam perquiſitionem nos ambos deceptos, illum magnis ſuis auſis, me vero ſpe meâ excidiſſe, nec quicquam probationis extare in illo quem deſignat loco, quo nos ut ſchiſmaticos ſugillat. Comperi, inquam, quod de *Jano* bifronte olim ferebatur, nunc non eſſe figmentum ſed reapſe veriſſimum; nam cum una facies *Jani* noſtri, ſeu titulus ſui libri nos faciat *Schiſmaticos*, & reos ſeparationis ſiſtat, altera deinceps, ſeu in receſſu libri, nihil probat ut in hujus calumniæ aſſenſum nos magis cogat, quam in illum de ſole quod ſit merus ſaccus iners, aut quod ignis ſit glacies. Etenim cum *Jenchinus* in ſuo Commentario conceſſiſſet, *nefas eſſe ubi quis deficit ab Eccleſia quæ neminem ad peccandum cogit, dum injungit Communionem cum illa Eccleſia*, cumque inde expectaretur ut *Janus* probaret quòd non-Conformes à peccato fuiſſent immunes, nihilque illis potuiſſe labis inuri, ſi ſe præſtitiſſent *Eccleſiæ Anglicanæ* ritibus conformes, adeoque

ſchiſmatis

ſchiſmatis illos eſſe reos qui Conformitatem hanc rejiciunt, cùm (inquam) id *Jano* probandum incumberet, cautè & aſtutè adinſtar muris fallentis prenſantem, nos eludit. Loco ſiquidem probationũ quòd non-Conformes liberi fuiſſent à peccato ſi ritibus ejuſmodi Conformes eſſent, futile hoc & inane dogma nihilq; ad controverſiam præſentem ſpectans, indoctè nobis exhibet; nempe quòd

P. 115. *mera ſuſpicio per quam in pendulo hæremus, an Conformitas imperata ſit peccatum necne, non efficiat illam Conformitatem illicitam, quoniam obedientia noſtra, Do-*

P. 116. *minis exhibenda, nos cogit omnem dubitationem & ſcrupulum procul à nobis amandare.* Atque ex his præmiſſis ſatis probatum putat quandoquidem Conformitas Cæremoniis præſtita, *in dubio* eſt an ſit illicita, nos à peccato plane liberos, ſi imperatæ à Dominis noſtris Conformitati nos obedientes præſtamus, & contrà, nos eſſe reos ſchiſmatis, qui eorum mandato in re dubia obtemperare detrectamus. Jam cùm hujuſce veritatis eſſet conſcius, quòd plane ἄτοπον & ἀπροσδιόνισον, nec ad rem pertinens, hoc ſit argumentum quod deducitur à *mera ſuſpicione* an Conformitati injunctæ nos morigeros præſtare debeamus, præſertim apud nos non-Conformes qui *ſuſpicione* mera non laboramus, ſed in conſcientia noſtra credimus & judicamus quòd ritus Eccleſiæ Anglicanæ ſint illiciti, nec abſq; gravi peccato à nobis recipi poſſint; non pudet hominem hanc arcem

Cauſæ,

Cauſæ, adeoq; totam Controverſiam per ſummum dedecus deſerere. Verùm ut lectori ſuo perſuadeat, rationibus firmari poſſe imbelle hoc argumentum gravioribus, conſulere nos jubet tractatum quendam, authore quodam *Longo Exoniensi*, in quo refellere conatur ſcriptum *Johannis Hales de ſchiſmate* viri doctiſſimi, & hoc *Longo* noſtro longè doctioris. Conquiſivi ſane *Longi* opuſculum, diligenter legi, perlegi, avidiſq; oculis perluſtravi, tandemq; ſubſtiti ad paginam centeſ. decimam, ad quam author ſcripti *de Seperatione à ſe dammata*, nos amandat in eum finem, ut non-Conformes ſchiſmatis poſtulet, & probet à peccato immunes, ſi ſe Conformes præſtitiſſent. Jejunus acceſſi ad lectionem loci *Longiani*, quem allegat, ſed eſuriens diſceſſi, fuitq; in me comprobata veritas dicti ab *Auguſtino*, loquente de optimis quibuſq; rebus hujus mundi, quòd non paſcant *eſurientem animam, ſed eſuriem animæ*; ſi quis nempe demit illa, quæ ad ravim occinit *Longus*, abſq; ulla tamen ſcripturarum authoritate, de neceſſitate obtemperandi Magiſtratui in *rebus merè dubiis*, ubi ſcilicet Conſcientiæ noſtræ prorſus ſunt pendulæ, & ponuntur quaſi in æquilibrio, nihil occurrit in illo *Longi* ſcripto ob quod properus aut lector aut viator, moram inhibere debeat, uſq; adeo omnia ſunt arida & jejuna, ſunt ſiliqua ſonora ſed cibus porcorum. Unde plane ſtupendam impudentiam ejus qui vel author vel ap-

probator eſt ſcripti *de ſeperatione à ſe damnata*, ſatis demirari nequeo; qui, quemadmodum proprio marte non potuit vel minimo argumento, ſiſtere non-Conformes ſchiſmatis reos, (quanquam in codicis ſui lemmate fidenter atq; literis prægrandibus affirmet id à ſe effectum iri:) ſic hoc conatu depulſus nos amandat ad ejus rei probationem, ad authorem viribus perinde imparibus, qui id probare ſatagit. Etenim *Longus* non-Conformes immunes à peccato ſiſtit ſi Conformes ſe præſtitiſſent, adeoq; ſchiſmaticos quia non-Conformes, hoc ſolum nomine quod Dominis in *dubiis* auſcultare debeamus. At pertendo quòd ſtatus ille quæſtionis, de non-Conformium officio obtemperandi Magiſtratui in *dubiis*, aberrationem prodat inſignem, ſed futiliter obſtinatam à re de qua lis eſt. Namque nos qui non-Conformes ſumus, non hæremus judicio ſuſpenſo & pendulo, ſed judicamus, credimuſque, ut dixi, ritus illos quibus noſmet ſubjicere refugimus, haud abſque gravi peccato à nobis poſſe recipi. Ut ergo inſtituatur probatio, non-Conformes, ſi Conformes fuiſſent ritibus Eccleſiæ Anglicanæ, peccati haud fuiſſe reos, & proinde ſchiſmaticos quia Conformitatem detrectantes; æquum eſt ut *Janus* & *Longus* evincant non-Conformes à peccato fuiſſe immunes, ſi contra conſcientiæ & judicii dictamen magiſtratui audientes fuiſſent, jubenti Conformitatem. Verùm is merè futilia, & inanes logos profert, tum extra

extra Controverſiæ oleas pueriliter evagatur, qui affirmat, nos liberos eſſe à peccato, ſi in *dubiis*, & in quibus judicium & conſcientia eſt ἀμφιβολος, obſequium magiſtratui præſtamus.

SECT. IV.

SEd quanquàm & *Longus* & *Janus* audacter abſq; ulla, uti dixi, ſcripturarum authoritate aſſeruerint quòd partium ſit noſtrarum, obſequium in *dubiis* magiſtratui exhibere, attamen affirmare auſim, quod ſuper ea re aſſertum ab illis fuit, ab omni veritate eſſe prorſus abhorrens, nullatenus licèt tenear hanc diſputationem inſtituere, utpote à præſenti controverſia prorſus alienam. Namq; hic rogarem, nonne ſcriptura liquidò teſtatur, populum *Iſraeliticum peccaſſe*, vel *dubium & claudicantem inter duas ſententias*, quando regis mandato obtemperavit cultum jubentis illicitum? *quouſq;* (inquit Propheta) *claudicaturi eſtis in duabus iſtis cogitationibus?* quem textum ſic exponit doctiſſimus *Junius*, *quouſq; in dubio erunt conſcientiæ veſtræ quem cultum ſequamini? Capitur hæc claudicatio cogitationum* (inquit *Munſterus*) *pro vacillatione mentis. Invitimini duabus perſuaſionibus*; *ſic Vatablus.* Nec huic argumento reſponderi poteſt, quòd quando *Iſraelitæ* 1 *Reg.* 18.21.

dubii & claudicantes obtemperabant regi illicitum jubenti cultum, ideo ſolummodo peccarent, quia cultus ille fuit *craſſè idololatricus*; & ἐντῶς contra manifeſtum dei præceptum; hæc inquam reſponſio nullius eſt momenti, nam ſi dubia ſubditorum conſcientia, non eximit illos à peccato, dum *uni* mandato illicito obedientes ſe præſtant, nec profectò poterit illos reddere à peccato immunes, dum magiſtratui morem gerunt *quodvis aliud* mandatum illicitum imponenti. Neq; enim quæritur *quale* ſit illud peccatum à cujus reatu ſubditus liberatur, dum dubia conſcientia dominis obſequitur, ſed quæritur an à peccato liberatur ille ſubditus *quia* conſcientiâ dubiâ obedientiam dominis præſtat in re quacunq; illicitâ. Adde, quòd Apoſtolus apertè pronunciaverit in re de qua lis eſt, quòd *qui dubitaverit circa eſum ciborum, omnino ſit damnationis reus ſi comederit*, Rom. 14 23. Neque Apoſtolo reſponderi poteſt, hac exceptione ſubjunctâ, nempe comedentem qui dubitaverit, damnationis periculum incurrere, niſi magiſtratus comedendi mandatum dederit, namque hacce ſemel admiſſâ exceptione, facile eſt præcepta quæq; divina eludere, & rem quamcunque inter licitas recenſere. Neque enim ulla reddi poteſt ratio cur id quod uno in loco Deus prohibet, cum hac exceptione intelligi debeat, & non utiq; quod prohibet in alio; & cur magiſtratûs juſſa, non perindè poſſint nos ſecuros à peccato præſtare, dubitante

nempe

nempe conſcientiâ laborantes, etiam totum Papiſmi cultum externum obſervantes. Ut paucis omnia complectar: Sic ſtatuendum eſt, ſi quando *Paulus* affirmat, *quicquid non eſt ex fide eſſe peccatum*, hoc eſt, quicquid peragitur abſq; certâ perſuaſione, ut quod agimus, licitè poſſit fieri; ſtatuendum, inquam, illum qui tale quidpiam peragit, ad mandatum alterius quod illi videtur *dubium*, *peccatum* perpetrare, utpote haud *ex fide* peractum. Hoſce inſuper dogmatiſtas exoratos velim, ut ſeriò & perſpicuè edicant, ſi magiſtratus in rebus *dubiis* licitum eſt obtemperare, ubi ſcilicèt ſubeſſe poteſt *peccatum*, quodnam illud demum ſit, quod obedientiam noſtram æquam & juſtam præſtet, ubi imperata cum lege divinâ pugnant. Eſtne *ignorantia* noſtra, ſive *dubitatio circa* res mandatas, ponenda inter cauſas, cur juſta ſit ejuſmodi obedientia? aſt ex hoc ſequeretur quòd impotentia quomodocunq; contracta, imò improbi hominum defectus, irritas dei leges efficerent, iiſq; obligandi vim adimerent, quod ſi id non blaſphemum, ſaltem ab omni ſana theologia prorſus eſt abſonum, & in legem dei maximè contumelioſum. Eſtne verò *magiſtratus mandatum* in cauſa, cur licita ſit obedientia in re dubia, forſan in ſe illicitâ, & à Deo prohibitâ; at nè quidem dominorum ſuperbiſſimos, ſi modo Chriſtiani audiunt, tanto intumuiſſe faſtu, vel uſq; adeò ad impietatis apicem conſcendiſſe arbitror,

qui-

qui tam nefandum dogma ausi fuerint ore blasphemo proferre ; nempe, quòd hominis cujuspiam præceptum, aliquid possit reddere licitum, quod lex divina illicitum statuit. Neq; enim mente assequi possum, si magistratus licitum potest efficere, quod illicitum Deus voluit, quin perinde magistratus illicitum præstare possit quod Deus disertè præcepit. De uno deniq; *Longi* effato impio, circa hoc argumentum, monitos lectores velim ; quòd Author iste in tractatu suo contra virum. Cl. *Joh. Hales*, hæc habeat verba : *P.* 140.

* *Tutius est errare, hoc est peccare cum dominis nostris, quam recte sentire, sive recta sectari contra eos.* Cui sententiæ profanæ meritoque ab omnibus Christianis execrandæ, divinum illud Apostolorum axioma lubet opponere ; quòd *æquius sit, ac proinde tutius auscultare Deo quàm hominibus* ; at in promptu est huic propositioni *assumptio* ; quòd *recta sectari sit obedire Deo*, & *peccare cum dominis sit auscultare hominibus*, unde necessariò emergit conclusio *Longi* sententiæ in terminis opposita, ergo *tutius est recta sectari quam peccare cum dominis.* Hæc deniq; sententia, recti pertinaces facit non-Conformes, & certos in consilio perstandi in suâ *Conformitatis* recusatione; quamdiu non alio argumento adducuntur, ut de suâ sententiâ dimoveantur, quam eo quòd longè profanum, & nullâ ratione, nullo

* *Scilicet si rei culinariæ & pecuniariæ consulas, alioqui tutius est ruere cum Christo quam stare cum Antichristo.*

Act. 4. 19.

nullo ſcripturæ fundamento nixum eſt. Quid? quòd apertè produnt cauſam fratrum Conformium, qui per hanc poſitionem ſcilicèt [*Tutius eſt peccare cum Dominis quam recta ſectari contra eos*] ſuam tuentur Conformitatem, dùm edicunt mundo, quòd licèt in *tuto* collocatur Conformitas, attamen Conformitatem eſſe *peccatum*, imò dum profitentur, carentiam peccati non ſtare in eo quòd juſta & licita imperantur, ſed in voluntate & authoritate nudâ imperantis. Cæterùm dogmatis hujuſce deteſtandi (*Tutius eſt peccare cum Dominis*, &c.) tametſi *Longus* noſter brevis eſſe laborans, forſan & pudibundus crudè ſatis & indoctè explicationem prorſus omiſit, attamen *Parkerus* è cujus *Politia Eccleſiaſticâ Longus* noſter hæcce deprompſit verba, apertè nimis illa nobis, ut mox videbitur, expoſuit.

SECT. V.

SEd (uti dixi) hoc effatum, non-Conformes, liberos eſſe à peccato, dum magiſtratui *in dubiis* obtemperant, nec pertinet ad præſentem Controverſiam, neq; nos non-Conformes ſpectat, qui non judicio hæremus ſuſpenſo ſed judicamus ritus illos quibus noſmet ſubjicere refugimus, illicitos

citos esse & iniquos; quocirca diutiùs hic haud immorabor. Verùm enimvero sensa sunt doctorum nonnullorum quòd qui tam acriter nobis imminent, ut dominis nostris auscultemus in *dubiis*, id etiam velint, ut illis obedientiâ *absolutâ* obtemperemus, nomine solo eorum *authoritatis*, utut *contra conscientiam* repugnantem; eoq; magis propterea, augetur eorum de hac re suspicio, postquam plurima legerunt loca in scriptis *Parkeri*, *Hickringlii*, &c. quæ eò evidenter spectant, ut nos ad eam persuasionem adducant. Porrò hic nonnulla è *Parkero* & *Hickringlio* referam, quæ doctrinam hanc olere fœtidam, meritò judicamus. *Parkerus* (vah more quam horrido & *Hobbeano*) suos sic alloquitur Lectores. *Magistratus est ea potestate indutus, quæ regat subditorum conscientias in religionis negotio. Homines privatæ sortis non sunt sui juris, nec actionum suarum domini, nec duci debent à proprio judicio, sed ab imperatis publicæ conscientiæ* (vereor equidem, mi *Parkere*, *privatam* tuam conscientiam, dum hæcce portenta scribis, plane deperditum iri.) *Subditis hoc solummodo incumbit officii* (non examinare mandata sed) *obedire. Nisi principes eâ sint potestate vestiti obligandi subditos ad obsequium* * *illius religionis quam ipsi judicant ad pacem publicam & tranquillitatem conferre, non alia eorum æstimatio habenda est quam statuarum*

Ec. Pol. p. 110.

* *Quid si princeps judicaret illam religionem apprimè conducere ad stabiliendam reipublicæ tranquillitatem, quæ* Episcopatum *è medio tolleret; annon* Parkerus *existimaret imprudenti consilio se hanc potestatem principi ascripsisse?*

arum & imaginum. Quis credat unquàm (viri Reverendi) horridiora aures penetrasse sanctas? nisi forsan quæ à nescio quo horridiore *Hickringlio* prolata, qui hæc putidissima haud sobrius dudum evomuit. *Obedientia* (inquit) *quam populus præstat dominis suis supremis, benedictionem habet comitem, vel cum jubent circa circumstantias religionis (cæremonias intelligit) quæ planè & è diametro pugnant cum lege Dei.* Nolim pluribus immorarier circa hujus accusationis probationem, nempe quòd suppresso conscientiæ privatæ dictamine, eoq; *publicæ* (quam vocant) sub jugum missò, & proinde citra discretionis *Judicium* (à quo nos debere duci planè pernegant) hi Novatores moliantur, ut magistratui obtemperemus, utpote qui nullus dubitem quin hoc, ex eorum dictis, satis superq; probatum judicetis, imò summo cum horrore & indignatione legatis quæ modo recitavi.

SECT. VI.

ID præstabitis eo imprimis nomine, quod dogma hoc pernicioſum de obedientia magistratui præstanda, suppresso judicii privati examine, & contra conscientiæ dictamen, unâ liturâ impiè eradat totum *Foxii* Martyrologium, ut jejunam

 historiam

hiſtoriam mente captorum, quibus potior fuit aut mors aut bona conſcientia, quam vita cum pingui & divite ſacerdotio, ſi modò inter hæc præſtatur obedientia ſummis poteſtatibus. Sed argumenta longè fortiora adversùs hunc errorem, ſacræ literæ abundè nobis ſubminiſtrant. Namq; Patronos hujus ſententiæ rogatos velim; quî fieri potuit, ſecundùm eorum ſententiam, ut *Jeroboam populum impelleret ad peccandum* in cultu illicito, ubi nihil præſtitit populus quod non eſſet juxta mandatum regis? Quî potuit propheta populum reprehendere, quòd *libenter & motu ſpontaneo, imperio regis obſequeretur, in cultu idolis exhibendo*, & obſervaret *Omri ſtatuta*? Deinde ex ſcripturis manifeſtum eſt, Deum non habere excuſatos Dominis ſuis obtemperantes citra diſcretionis judicium. Quòd ſi licita eſſet hæc obedientia à Novatoribus excogitata, nemini apud Deum obeſſe debuit, quòd ſuis Superioribus voluntatem ſubjeciſſet. At longè aliter ſe rem habere docent ſacræ ſcripturæ. Nam *ſi cæcus cæcum duxerit, ambo cadent in foveam*; graviore fortaſſe ruinâ Dominus, qui ſe oculatum jactitavit, ſed certâ pernicie ſubditus, quia ſtultitiâ voluntariâ ſeipſum exoculavit, qui haud inſons habebitur, ſi quid deliquerit, quòd judicium ſuum Domino tanquam Deo reſignaverit. Quis enim hoc ab illo requiſivit? aut quis ad talem obedientiam illum obligavit? nam omnis obligatio licita ad dictamen divini arbitrii, ſic volentis creaturam ſuam

Hoſ. 5. 11.

Mic. 6. 16.

Mat. 15. 14.

obligare-

obligare, eſt reducenda, ut rectiſſimè *Davenantius*. En, per celebrem hunc Theologum impia quæ ſequuntur effata, & quæ in *Parkeri Eccleſiaſtica Politia* paſſim occurrunt, luculenter labefactata. *Juſſa imperantis* (inquit *Parkerus*) *me in tuto collocant. ſunt facti mei authoramentum. Tutius eſt peccare cum dominis quam recta ſectari contra eos* (quæ verba plane *ſputalicia Longus* ſibi adoptavit.) Pergit *Parkerus*. *Obſequium meum ſacrabit, ſaltèm excuſabit actionem meam & vindicabit me à periculo. Si quid peccati in Dominorum mandatis ineſt, qui imponit debet Deo reſpondere, non qui obſequitur, cui hoc ſolum officii incumbit, nempe obedire.* Scitè ſanè eruditus Author tractatûs cui titulus τὸ ἐν ἀρχῇ *Dum, inquit, quidam negant Chriſti juſtitiam imputatam, inauditam commenti ſunt doctrinam, nempe reatum ſubditorum, dominis obſequentium, dominis ſolummodo imputari. Ob quam doctrinam, nunquam illis grati futuri ſunt Domini, ſaltem quibus compertus eſt iræ divinæ contra peccatores æſtus.* Unum addo, cui nullus Chriſtianus refragetur, quòd poſtquam homo obſequium detrectavit imperiis iniquis, licet ob id miſeriis afflictus, imo obrutus, attamen hanc ærumnam, ſolamine ſoleat abſtergere internus teſtis; cùm, vice verſa, quiſquis obtemperat injuſto Domino reluctante conſcientiâ, ſæpe ſurdo verbere & aculeis torqueatur, etiam inter fortunæ proſperæ miſſilia allabentia. Neque enim valet objectio dicentis, cur non paritèr hominis conſcientia ipſum vulneraret, dum mandata Dei, de

Determ. qu. 6. pag. 36.

Pag. 58.

præſtando ſummis poteſtatibus obſequio, ſuſq; deq; habet; nam reſponſio ad manum eſt, quòd lex divina non obliget quenquam ad auſcultandum Dominis, in illis quæ conſcientia judicat illicita; quodque mandatis ſæpius, conſcientiæ nunquam repugnantia præſtare liceat. Et reverà quiſquis contra judicium etiam errans agit, paratus eſt ad agendum contra rectum judicium. Et (ut piè inquit author proximè laudatus) ſi quis conſcientiâ pendulâ & in æquilibrio quaſi poſitâ, ea præſtat de quibus dubitat an ſint legi divinæ contraria, planè condemnationi eſt obnoxius, quantò magis ille cenſendus eſt damnationi ſubjectus, qui etiam in judicio proprio, illicita patrare audet. Præclarè quidem, Clariſſimus *Davenantius*, *ſtultum eſt fidem aſtringere ſuperioribus qui & decipi poſſent & decipere* (quid inde fiet, *Parkere*, de publicâ tua conſcientiâ.) *Certiſſimum eſt, intellectum cujuſlibet hominis, Deo debere hanc ſuam operationem indagandi & exquirendi an Dominorum mandata ſint licita. In vitio ſunt omnes qui aliorum placitis adhæreſcunt, nunquam indagantes, utrùm ea quæ proponuntur, digna ſunt fide necne. Hoc, inquit, non eſt opus virilis intelligentiæ, ſed puerilis inſcitiæ.* Viro huic doctiſſimo, adjicere liceat Sancti *Auguſtini* authoritatem, hunc in modum, ad examinanda Dominorum mandata, ſubditos hortantis. *Si poteſtas id jubeat quod non debes facere, hìc ſanè contemne poteſtatem timendo poteſtatem. Ipſos humanarum rerum gradus advertite; ſi aliquid juſſerit procurator,*

De Jud. & normâ fidei. P. 166.

Aug. de verb. Dom. ſer. 6.

tor, nonne faciendum est? tamen si contrà proconsul jubeat, non utiq; contemnis potestatem, sed eligis majori servire; ergò si aliud imperator & aliud Deus jubet, quid judicatis? da veniam, tu carcerem minaris, ille gehennam. Rectè *Prudentius* canebat;

Jussum est principis ore Galieni,
Quod colit princeps ut colamus omnes,
Æternum colo principem dierum,
Factorem Dominumq; Galieni.

Hymn. 6. de Mart. Fruituſi.

Huic ut argumento finem imponam, illa sanè sententia quæ obsequium gubernatoribus exhibendum flagitat, contra conscientiæ dictamen, meritò audit *Jesuitarum Helena*, quam mirè depereunt & in delitiis habent. Quin præcipuum est columen & tibicen quo *Papismus* ejusq; tyrannis sustentatur: facili etenim negotio, ubi privati judicii eruti erunt oculi, ad molam *Samsonis* versandam amandabimur, in fœtido & tenebricoso istius religionis ergastulo. In summâ. Ipsi Conformes ab antitistite eruditionis & modestiæ, ad antistitem ignorantiæ & impudentiæ, sed quandoq; præter morem vera & sana proferentem, hunc nostrum *Grove*, illum Episcopum *Sandersonum*, uno ore affirmant, quòd nihil quicquam sit agendum, dubitante multò minus repugnante conscientiâ. *Sanderſonus* quidem concedit quòd subditus non obligetur *ullâ lege*, ubi per *moralem certi-*

Prælect. 6. Sect. 16.

tudinem,

tudinem, id quod imperatur iniquum esse judica

Vindic. Cleri pag. 30. quæ concessio abundè nobis sufficit. At noster *Gro* (si modo author est *Vindiciarum Cleri Conformis, &c* hæc habet verba. *Nemo nostrûm potest alterius f Etum vindicare uti justum & æquum, priusquam de f Eti bonitate & sanctitate apud conscientiam constiter* Quatenus vero *Janus & Grove*, ambo nuperè libr rum Censores, in hac Controversia inter se conv niunt, ipsi viderint. Namq; pro certo constat a terutrum in errore versari, ut qui è diamet pugnantia astruant; altero inficiante quod alt affirmat; *Jano* pertendente quod liceat aliqu agere dubitante vel pendulâ conscientiâ, alte per lucida intervalla, sincipite saniore, non n conscientiâ in recto obfirmatâ & stabilitâ. Hu paragrapho colophonem addo, monitione ser & necessariâ ad nostrum literatorem, qui no Conformes schismatis reos sistere conatur, ner pè ut relicto vano & inani labore nos sisten reos schismatis & divortii à communione *E clesiæ*, seriò in id incumbat, & societ potius n biscum operam in debellandis erroribus illis d testandis, de quibus possum pro certo pronuntia & illi denunciare, non esse idonea incitamenta al ciendis Orthodoxis Christianis, ad novatoru communionem amplectendam.

SEC

SECT. VII.

2. SEcundò. Incurram forsitan in aliorum reprehensionem, quòd *in modum parallelorum* opponam *insanam* quam cudunt doctrinam *sanæ* doctrinæ *Ecclesiæ Anglicanæ*, viâ posthabitâ confutationis per argumenta ex scripturis deprompta, quòdq; per rationem quam mihi nunc deligo, videor potiùs exponere homines contemptui, quàm illorum errores refellere. Verùm hujus consilii habeo penes me causas plures, quod *modum parallelorum, modo argumentorum prætulerim.*

1. Occurrit primùm hæc ratio, quod foret actum agere, si Novatorum errores argumentis expugnarem, quo labore defuncti sunt solidè & accuratè, viri eruditione conspicui qui Novatorum errores abundè refutarunt, & quorum spicula nulli potuerunt adhuc retorquere.

2. Per illam viam *Parallelorum*, lectores magis integris animis & acriori defœcatioriq; judicio pronunciant à quibus partibus stat veritas, an ab *Ecclesiâ Anglicanâ*, an verò à Novatoribus, dum nihil decretorio judicio, in unam partem affirmo, nec arguo, rationes hinc & inde proferendo, sed *nudas* partis utriusq; opiniones repræsento.

3. Hæc via respondendi per *paralleli* quadrat accusationi quam jamdudum *Jenchinus* protulit adversus Novatores, in eo quòd oppugnatent

rent doctrinam *Eccleſiæ*, cujus verba & ſententi
tam contumeliosè ſugillant & derident, qua
ipſam ſacram ſcripturam, utut dilucidiſſimè ſ
ſenſa exprimentem. Nam perinde grave eſt, in
profanum quod pro deridiculo habeant, &
ſcenam producant, ipſas ſcripturæ locutiones, e
am maximè pungentes & penetrantes, ſi m
dò à viris ſanctis & Orthodoxis proferuntu

4. *Hæc via per parallela* comparando Nova
rum opiniones cum doctrina *Eccleſiæ Anglica
aptiſſimè congruit* molimini ſeu conſilio refuta
varios, at inanes illos *obtentus* quibus ſe vendit
filios hujus Eccleſiæ, & eatenùs illos mendacii argu
quatenùs manifeſtos facit, per ſua dogmata he
rodoxa, criminis ſuam Eccleſiam palàm in
mandi.

5. Quid? quòd *hæc via aptiſſimè reſpondet in
nio novatorum* qui ſibi hanc rationem conflic
cum *Jenchino* delegerunt: etenim hujus elabor
Commentaria in *Judam*, licet mirè probentur
laudentur, à viris altioris intellectûs & literatu
ſeu Epiſcopis ſeu aliis, etiam de grege ſacellan
rum, ut abundè teſtati ſunt, attamen contumel
sè traducuntur à Novatoribus, qui nihil non
nantur illa Commentaria infamare, quaſi mut
deſumpta ab aliis, proferendo loca parall
inter illa *Jenchini* Commentaria & aliorum ſcri
quæ *Jenchinus* allegat, ſuppreſſo quandoq; auth
nomine. Ut jam gratus eſſe debeam Novat

bus qui memet hanc viam parallelorum edocuerunt; mihiq; ratio conſtet, cur iiſdem armis utor, ſcilicet parallelis (ἐναντίοις licèt) contra *Jenchini* adverſarios, quibus illum adoriuntur ejuſmodi novitii. Cæterùm de illâ ratione quam ſibi ſumpſerunt decertandi cum *Jenchino*, dum ſic producunt, tanquam in ſcenam loca parallela inter ejus Commentarium in *Judam*, & aliorum ſcripta, pronunciari poteſt, quòd prorsùs ſit puerilis & ridicula in cenſu doctorum & ſubacti judicii virorum, qui meritò amandant hoſce luſus Novatorum ad pueros, qui Crepundiis delectantur, & equitare amant in arundine longâ. Nam & ad hoſtimentum affirmo, quòd ſi addicerem puerum decennem collationi conficiendæ *Hammondi* cum *Grotio*, paria illum facturum (uti alius forſan ætate paulo provectior facturus eſt) cum *Jenchini* obtrectatoribus, palàm nempe faciendo toti mundo, quòd Annotationes *Grotii* & *Hammondi* in Novum Teſtamentum ſint geminæ, quodq; ex illo, (nomine ſemper ſuppreſſo) tantum excerpſerit, quantum aſſurgere poſſet in juſtum, imo grande volumen: uſq; adeò ut dici queat *Hammondum* fuiſſe *Grotii* interpretem, ut qui *Grotium* Anglicè loquentem ediderit. Porrò in omnium æſtimatione vileſcere debet ejuſmodi velitatio novatorum cum Adverſario, qui ex alto reſpicit & deſpicit inſultus in ſe, uti in virum cujus fama adeò ſolidè & firmitèr radicata eſt in cenſu bonorum &

doctorum, ut nullis uncis, nullis unguibus, mul
minùs imbellium Novitiorum evelli possit. Se
quæ tandem infamia, quodve dedecus accede
potest *Jenchino*, si in Commentario suo de mil
quadringentis paginis, ad quem numerum assu
git liber, centum replet testimoniis tot Authoru
Græcè, Latinè, & Anglicè scribentium, quos sen
per nominare, pro re nullius momenti meritò j
dicabat? Profectò hæc accusatio est indiciu
animi impotentis sui, at futiliter obstinati ad n
cendum; haud absimilis pertinaciæ jurgiosæ, cl
mosæ at imbellis fœminæ, quæ depressa undis
jurgari desineret, iram sine viribus altè reconc
tam, non deponebat, *manibus minacibus extra aqua
protensis*. Joculare est quod cæci velint de col
ribus judicare quodq; isti novitii *Jenchinum*, i
struere satagant in arte concionandi, quam asp
rante Deo adeptus est longè antequam plures e
rum usuâ lucis fruerentur. Quocirca *Jenchini* a
versariis author sum, ut diligentiùs evolvant h
milias *Ecclesiæ Anglicanæ*, & hujus articulos fide
at cum *Jenchini* concionibus nihil habeant Cor
mercii, saltem *nihil* adinstar *Diaboli*, qui non
gratiâ audit conciones ut inde nisi calumniis jux
ejus Etymon, instructior discedat.

SEC

SECT. VIII.

3. TErtiò non deerunt forſan qui reprehendant inſtitutum hujus Celeuſmatis in quo vos compello, vos, inquam, *de Conformium fraternitate*, quo nomine, non magna noſtrorum neceſſitudo vobiſcum intercedit; ſed multis rationibus inductus elegi vos, quos advocarem.

1. Primum quia eſtis, *judices æquiores*, minuſq; horsùm & illorsùm abducti præjudiciorum tyrannide, quò minus æqua & recta pronuncietis inter authorem & novatores, ut qui medii dubiiq; partibus; & unam alteramq; partem ex æquo contingatis; pro Orthodoxiâ ſtetis à partibus non-Conformium, at á partibus Conformium in negotio rituum, ut jam non ſit dubium quin æquâ lance rem totam debeatis penſitare.

2. Altera me cauſa impulit, quòd per Dei providentiam offeret ſe vobis opportunitas longè major vindicandi pro Cathedrâ & pro ſuggeſtu hancce veritatem, cujus impræſentiarum defenſor prodeo, citra impedimentum, quàm nobis qui non niſi clam & furtivè audemus vera proferre, multò minus illa typis mandare, propter apparitorũ oculos & manus. Nam vobis licet eſſe beatioribus qui unà cum libertate emittendi in vulgus vindicias pro ritibus *Anglicanis*, eandem habetis pro tuendâ ſanctâ doctrinâ *Eccleſiæ Anglicanæ*; quam tempeſti-

vatem & occaſionem rei benè gerendæ ; Deo
diſpenſante propter rationes ſapientiæ ſuæ nota
maximam partem denegavit nobis fratribus v
ſtris Conformibus in doctrina, licèt non-Confo
mibus in ritibus. Quocirca liceat mihi (fratr
Reverendi) vos ad πόλεμον ἀοίδιμον adverſus verit
tis hoſtes provocare, ut nempe pro ratione mun
ris Evangelici quod ſuſtinetis, ac provinciæ vob
à Deo demandatæ, pro *fide ſanctis ſemel traditâ co
tendatis* , in ejuſq; defenſionem *certamen præclaru
decertetis*, operamque detis ut fides illibata tran
mittatur ad poſteros, ſi vel ab illis beati vultis d
nominari, vel à *Chriſto juſtitiæ coronam* expectati
Atque ad hoc officii tantò flagrantiùs vos horto
idque vobis impenſius commendo,quòd, hinc *Pr
teſtantes* cum dolore obſervent hoſce errorum
hæreſeum fautores ; Illinc *Pontificii* exultent gau
dio in ſpem ut Anglia redeat ad Papiſmum,
triumphent ad cauſam *Romanenſem* egregiè pro
motam & defenſam ab hiſce Novatoribus. *Jeſui*
quidam, Tractatu cui titulus eſt [*Charitas aſſerta*
præ lætitiâ ſalit ob operam tam proſperè nava
tam *Papæ* à novatoribus noſtris , quòd ab iis do
ctrinæ ſint immutatæ (ipſiſſima ſunt *Jeſuitæ* verba
exempli gratiâ, *Papa non eſt amplius Antichriſtus, p
ſturæ, liberum arbitrium, prædeſtinatio ex præviſis oper
bus, univerſalis gratia, 39 Articuli flexi in ſenſum C
tholicum, Templa incipiunt habere novos vultus, Cathedr
novum ſermonem loquuntur, qualis eſt, quòd Eccleſia a
thoritate

Vide ſis doctiſſimum Ludovicum Molinæum *fuſius de hiſce diſſerentem in Patr. bo. fid.*

thoritatem habeat in aſtruendis fidei controverſiis, & in interpretatione ſcripturæ, & homines in vulgari ſermone, & ſcriptione, libenter utantur & ſine metu, vocabulis olim omnibus terrori, ſacerdotum & altarium. Proteſtantiſmum tædet ſui; Calviniſmus eſt hæreſis in Angliâ, imo crimen læſæ majeſtatis. Limbus Patrum. Preces pro mortuis. Juſtificatio non per ſolam fidem. Poſſibilitas implendi Dei mandata, &c. Alter *Jeſuita* Ch. M. Epiſtolâ ad lectorem præfixâ ſuis paraphraſticis & piis ſermonibus in Pſal. 51. *Duaci* editis, hæc effata protulit; *Angli non egent hodiè multâ oratione ad perſuadendum illis ſacrificium miſſaticum accommodata. Dum paſſim erigunt altaria, probant & aſtruunt verum & reale ſacrificium, ſiquidem hæc ſunt correlata.* In ſummâ, gloriantur quòd Novatorum doctrina propiùs accedat ad *Papiſmum* quàm ad *Calviniſmum*. Hujus teſtimoniis accedit fides ex eo quod pro certo compertum habeo de *Romanenſi* ſacrificulo, qui poſt lectionem libri *Guilielmi Sherlock* hunc ſermonem habuit, ad amicum meum integerrimum; *Apud me*, inquit, *certum & conſtitutum erat refellere Proteſtantium doctrinam de juſtificatione, ſed ad lectionem iſtius libri, vidi me exolutum hoc labore quem intenderam quemque* Sherlock *occupavit, qui non ſolùm plenè & ſolidè hæreſim Proteſtantium refutavit in dogmate de juſtificatione, præſtititque quod animo agitaveram, ſed majori zelo & fervore atque παῤῥησία, quàm unquam Catholici præſtare potuiſſent.* Nec ſanè dubito, quin illi novatores, dum corruptione doctrinæ Chriſtianæ

in

in ſenſum *Romanenſem* flexæ & introductione rituum *papalium*, prope accedunt ad *Romanenſium* fidem & conſuetudines, dederint animos *Pontificiis* moliendi converſionem Religionis Proteſtantiũ in *Romanenſem*; per nuperam conſpirationem in cædem Regis primorumq; Regni patrandam. Unde ſpes firma, illis addita, nihil inceptis ſuis & conſilio mutandæ Religionis obſtare, ubi vident *Parkerum* affirmantem ſi Religio *Romana* inveheretur, primum fore qui ſe aggregaret ad *Pontificios*. Inſuper cùm intuentur Eccleſias reformatas extra *Angliam*, ab hiſce novatoribus explodi & expungi de Catalogo Eccleſiarum Chriſti, earumq; ordinationem, irritam & invalidam reddi, tum *Calvinum* primipilum illum reformatorum, rebellibus peſſimæ notæ accenſeri, non ſolùm in concionibus, ſed & in ſcriptis publici juris factis; atq; pios quoſq; paſtores fabulam fieri & perſonam in Comœdiis ſibilandos à promiſcuâ & pullatâ plebe. Imo eos qui maximè diſtant & diſcrepant à *Romana* Religione, non ſolùm in vitâ, ſed & in doctrina, diriſſimis perſecutionibus afflictos. Deniq; dum vident, *Bramhallum*, *Taylerum*, *Thorndikum*, *Hylenum*, *Sherlocum*, cæteroſque quamplurimos ejuſdem furfuris, publicè ſcriptis ſuis Sacræ Scripturæ Lectionem promiſcuam, imputationem Chriſti juſtitiæ, ſeparationem ab Eccleſiâ Romanâ ut ſchiſmaticam damnare; preces pro defunctis, adorationem imaginum, & hoſtiæ in Euchariſtia, juſtificationem

juſtificationem per opera &c. progugnare; hæc (inquam) dum ſiccis oculis conſpiciunt *Pontificii*, quis de illis non *credat*, nos non ire, ſed *currere*, totiſque animis & velis ad Papiſmum ferri. Porrò hæc non ſunt noſtra præjudicia, aut ſuppoſitiones evanidæ ſed certa argumenta in teſtimoniis (ut prius dixi) adverſariorum fundatis, ſibi plaudentium, in conjunctione noſtra prope & ad fores adfutura cum Pontificiis non ſolùm in cultu, ſed & fide & doctrinâ Romanenſi. Ex ſupradictorum reputatione, fieri non poteſt quin firmiter in animum veſtrum deſcendat, quòd ſi gens illa corrupta Novatorum pari diſtamine jugiter ſemota fuiſſet à *Romanenſibus*, quali diſcrepant nonnulli viri pii & Orthodoxi Conformes *Eccleſiæ Anglicanæ*, nunquam Pontificii animo agitaſſent moliri introductionem Papiſmi in *Angliam* per cædes & conſpirationem nuperam, ſtrageſq; illas diras & truculentas quas ſibi, ſpe, voto & animo ſpondebant & machinabantur. Hæccecum apud me reputo, mihi fidenter ſpondeo de vobis deq; veſtrâ ſanctâ indignatione, futurum, ut in poſterum & Calamus & Cathedra apud vos vileſcant, niſi ad hunc ſacrum uſum adhibeantur, nempè ut Novatorum erroribus ſurrepentibus & ruinam Eccleſiæ minitantibus obviam eatur. Nec deniq; minori fiduciâ me ſuſtento, fore ut ſeriò apud vos reputetis quærimonias digniſſimorum virorum *Tullii & Standiſh*; hujus quidem pro concione

cione habita ad Regem, illius verò ſcripto publici juris facto, de Sectariis ſacroſanctam doctrinam *Eccleſiæ Anglicanæ* vel corrumpentibus vel interpolantibus, & quod gravius eſt trahentibus in ſenſum doctrinæ quæ *Pelagianiſmum*, *Socinianiſmum*, & *Papiſmum* redolet.

SECT. IX.

3. AD vos præſertim pertinet hæc compellatio (quod tertio loco dictum ſit) hoc nomine, quòd depellere velim à noſtris, *Jenchino* præcipue falſam illam & infirmam accuſationem impactam ab authore libelli (ſi ille eſt *Grove*) cum hoc titulo [*Vindicatio Cleri Conformis ab iniquâ hæreſeos imputatione*] quaſi *Jenchinus* uno & eodem crimine hæreſeos involveret, cùm Novatores hodiernos, tùm viros longè Orthodoxos retinentes priſtinæ puritatis in doctrinâ Eccleſiæ Anglicanæ. Quocirca ut obliterem illa odioſa crimina, atque ut omnis ſuſpicio incommoda è veſtris deleatur mentibus, in gratiam noſtrorum dico & edico, teſtorque per hanc paræneſin, in *Jenchini* & cæterorum animis altè ſedere ſenſum lætitiæ & gratitudinis quo afficiuntur propter veſtram perſeverantiam in profeſſione Orthodoxæ Fidei. Hancce veritatem etiam

etiam non fugientem oculos aliud agentium, licèt *Jenchinus* asseruisset in Doctoris *Seaman* encomio, adjuncto funebri concioni quam habuit in viri magni exequiis, hancce, inquam, veritatem videre noluerunt Novatores in illâ concione, in quâ pro meritis laudat & commendat *Juellos*, *Whitakeros*, *Davenantios*, *Abbotios*, *Ussherios*, & longè plures, in quibus sunt *White*, *Field*, *Holdsworth*, *Ward*, *Prideaux*, *Brounrig* (quantus vir!) propter Orthodoxiam suam, etiam dum sunt retinentes rituum Anglicanorum. Sed ab eâ concione oculos averterunt malo & maligno animo in *Jenchinum*, ut vos pari modo depingentem animatos in fide, hoc est perinde heterodoxos & corruptos, licèt revera sitis sectatores virorum Orthodoxorum quos modò dixi à *Jenchino* laudatos. Porrò bonâ & sanctâ fide de *Jenchino* affirmare possum, quòd majori in pretio habeat conformem virum Orthodoxum, quàm heterodoxum non conformem; atque pro veteri et penitiori amicitiâ ac necessitudine quæ mihi cum illo intercedit, testari ausim, quòd sit paci et unitati, ut qui maximè addictus et devotus, et barbarismi loco habeat, omne verbum quod non tam conspirat cum legibus charitatis, quàm cum legibus grammatices, quódque sola magia hæreseos efficere possit ut calamum mitem et melleum convertat in virgam correptionis. Insuper *Jenchinus* instat et urget quòd nec consignatio crucis in baptismo, nec castula

 sacerdo-

ſacerdotalis, menti inerrabant in quaquam vel concione vel ſcriptione; ſed longè majoris momenti dogmata, quibus denegantur *Chriſti ſatisfactio*, *juſtificatio per fidem in* Dominum Jeſum, *ejuſque juſtitiæ imputatio*, *fides Patriarcharum in Chriſtum, tum eorum per illum ſalus, &c.* Quin ſæpè audivi illum profitentem, ſi qui dantur viri Conformes ſani in fide, quod ſpectat illa fundamentalia de merito et ſpiritu Chriſti, atque inter hæc vitam ad normam ſanæ doctrinæ exigunt, ſe ejuſmodi viros flagranti affectu amare, complecti, et deperire, idque in uſu vitæ quotidiano teſtari. Profectò nihil magis urit *Jenchinum*, totum, calentem ardore & zelo in causâ Dei: nec magis quod doleat habet, quàm quòd videat hoſce ritus, haſce ceremonias, cauſam eſſe fomitemque irarum, & litium hoſtiliſque odii quibus animi jam ultra ſeculum inardeſcunt, quique ne morte quidem finiuntur, imo quibus ipſi fratres in doctrina concordes inter ſe colliduntur. Nec hîc omittendum eſt, quòd dum Sectarii illi imputant *Jenchino* quòd ſit iniquior in Orthodoxos Conformes, inter hæc odium ſuum pluſquam Vatinianum, teſtati ſint in viros Conformes, cæterà in fide ſanos. Teſtes ſunt *Tully & Standiſh* in quos ſuam rabiem effuderunt, bilemque evomuerunt tantâ Copiâ, ut ſpes ſit fore, ut Fanatici, quos vocant, utantur illis æquioribus. Cæterùm *deceſſores* hodiernorum Novatorum, minimùm meliores ſucceſſoribus,

ribus, ex æquo ſemper teſtati ſunt ſuũ malum animũ, & acerbiſſima quæque probra, jecerunt in ſanctiſſimos quoſq; Conformium, ſed reos ſolùm Orthodoxiæ; in quibus ſunt *Brownrig*, *Ward*, *Holdſworth*, *Prideaux*, quos *Jenchinus* magno ſemper cultu proſecutus eſt, ſed quos Novatores nunquam laceſſere deſtiterunt in *Academiis*, eoſque amburere odioſo nomine *Puritanorum*. Etenim de Conformibus in ritibus, & conſpirantibus in fide cum non-Conformibus, pronunciarunt, ut de *Puritanorum nequiſſimis*, non aliam ob cauſam, quàm quia ritibus Orthodoxiam adjunxerunt. Et ſanè nullus dubito, quin *Jenchini* adverſarii, tantò ſint illi infenſiores, quòd memoriam clarorum virorum de *Hierarchiâ Anglicanâ*, quos modò recenſui, cum gratâ reputatione recolat; nec ulteriùs Novatores hodierni, ſint æqui in bonos illos qui deceſſerunt, quàm quia non poſſunt ab illis corripi, qui vivere deſierunt, quique ſi ſuperſtites eſſent, acriter caſtigarent Novitios hoſce, ut illorum ſcripta abundè fidem faciunt. Unum ſupereſt de quo vos monitos velim, nempe quòd plurimi cenſeant, veram cauſam cur Novatores exhibeant *Jenchinum*, ut vos ſiſtentem perinde reos hæreſeos ac illos, illam eſſe ut vos et illos juxta concordes faciant in eâdem fidei doctrinâ, eo ſolùm nomine quòd in ritibus conveniatis; miſerum ſanè effugium! apologo conſimile de *ſimo Equino* qui innatans in turbâ pomorum, clamabat

nos poma natamus, quaſi, cùm rapiuntur illi vobiſcum eodem torrente rituum, annumerandi quoque eſſent veſtro Orthodoxorum gregi, cum tamen non ſint vobis in fide ſcilicet ſanis, magis ſimiles quàm corpus cachecticum et circumquaque uleeribus obſitum; ſimile eſt ſano, et athleticè et pancraticè valenti.

SECT. X.

PORro ut per hanc paræneſim, *Jenchini* amorem & obſervantiam erga fratres Conformes Orthodoxos uberiùs & utiliùs patefaciam, liceat mihi (viri doctiſſimi) rationem veram rectamque viam exponere per quam pacem ſolidã ſanctamq; inter fratres à ſe invicem in ritibus diſſentientes, vir concordiæ fraternæ addictiſſimus, comparari poſſe exiſtimat. Cæterùm, quicquid in contrarium deblaterant Novatores, *Jenchinus* obſirmato animo credit, non conſenſum in *Ceremoniis*, ſed harmoniam in *fide Chriſti*, eſſe verum, firmum & ſtabile pacis perennis fundamentum, nec unitatem Eccleſiarum, per idem vinculum *diſciplinæ*; ſed per conſenſum in *doctrina* Chriſtiana, obtineri. Rationes ſunt in promptu, nec minùs evidentes quàm ſunt ad manum.

SECT.

SECT. XI.

1. LIcèt extra dubium ſit, quòd qui nomine & re ſunt Chriſtiani, futuri ſint concordes in obſervatione illorum dogmatum quæ diſertè habentur in Scripturis; attamen certum eſt, apud eoſdem ſemper fuiſſe, & fore *judicia varia circa obſervantias illas externas, quæ authoritate Sacræ Scripturæ deſtituuntur*, & quæ in potiori eorum æſtimatione pro *adiaphoris* habentur. Etenim cordatis ipſis virilſque rectæ mentis, par & idem gradus & modus lucis & intelligentiæ non affulget, ut certò quicquam ſtatuant, ubi nullus extat in Scripturâ Canon, qui diverſa ſentientes, in unam ſententiæ concordiam adducant. In aliis quibus læva eſt mens; ſtudium *partium*, ſpes mundanas quæ homines horſum & illorſum tranſverſos trahunt, ſententiarum unitati & concordiæ ineundæ, ſæpius obſtare luculenter conſtat. Unde factum fuit (& quod ſæpe evenit) ut plures, ſeu Chriſtiani ſeu Sacri Ordinis viri, qui in multis licèt articulis à ſe invicem diſſidebant, attamen ſimulac de voluntate Dei certi & convicti fuerunt, quòd articuli illi in Scripturâ eſſent revelati, inter ſe poſtmodum, ſanctam pacem & concordiam colerent, & unanimes forent, ab omni lite, ut qui maximè abhorrentes. Ex altera parte ſæpe evenire ſolet ut, qui prius ejuſdem erant judicii & qui ὁμοθυμαδὸν conſpi-

conſpirabant in eadem ſententia, putà quòd ceremoniæ innocuè, & citra peccatum obſervari poſſent, ſæpe inquam, evenire ſolet ut poſt ſecundas & ſaniores cogitationes, eorum nonnulli planè animis imbibentes quòd hæ ceremoniæ nullâ ſcripturæ authoritate eſſent nixæ, illas à ſe abdicandas, prorſuſque repudiandas judicent: unde inter fratres antehac unanimes, ob ſententiarum hæc divortia, ortæ ſunt lites et contentiones acerbiſſimæ. Et revera non eſt expectandum, ut quod ſemper fuit pomum contentionis, fiat vinculum charitatis et unionis. Ut paucis omnia complectar, eò recidunt hæ reputationes, quòd plurima inter Chriſtianos diſſidia, à rigidâ ceremoniarum impoſitione, pullulare ſoleant. Ceremonia circa *purificationem* diſcipulos *Moſis* et *Johannis* inter ſe colliſit, *Joh.* 3. 25. Sic ritus ejuſmodi, Chriſtianos recèns converſos, *Act.* 15. Chriſtus pacem inter *Judæos* et *Gentiles* conciliavit, *parietem intergerinum* ceremoniarum diruendo quo ab invicem dividebantur; ex adverſo *Antichriſtus* Chriſtianos inter ſe diſcidit, de integro Ceremoniarum ædificando parietem. Una fides, non una ceremonia eſt via ad concordiam expeditiſſima. Uniformitatis ſtabiliendæ molimen, ſæpius deſinit in unitatis ruinam. Chriſtiana religio, ad charitatem mutuam, ritu quanquam diverſo Deum colentes, inducit.

Eph. 2. 14.

SECT.

SECT. XII.

2. ACcedit quod fieri nequeat ut consensus in *externis illis observantiis*, sit vinculum pacis & unionis inter illos quorum cura potissima est, inculpatam servare conscientiam, quia scilicet ejusmodi consensus circa ritus, non potest esse regula & conditio *Communionis Ecclesiasticæ*, in cultu divino. Id quod non est ponendum, in conditionibus *Communionis*, causa non potest esse *Unionis*, quæ quidem communio, longè probatissimum, & præcipuum est medium ad connectendos animos Christianorum; sed quod hæc communio non suppeditetur, per eundem inter eos circa ritus & ceremonias consensum, liquidò constat, quòd finis, emolumentum, & benedictio quæ accrescunt ex Communione Ecclesiasticâ (quæ omnia, ex æquo constant promissione illâ luculentâ Ecclesiæ facta, de *præsentia Christi*, illi adfuturâ, *usque ad finem mundi*) obtinent absque ulla præceptione obedientiæ præstandæ *constitutionibus humanis*; etenim id solum requiritur ut conditio per quam compotes fiamus *Christi præsentiæ* in Ecclesia, nimirum, sacro baptismo tingi, & fidem adhibere doctrinæ *Christi*, & obtemperare ipsius præceptis. *Mat.* 28. 19,20.

SECT. XIII.

3. NEc omittendum eſt, cum Chriſtiani contrariis ſententiis laborarunt circa obſervantiam rituum in cultu divino; inter pugnantes opiniones, viam reconciliationis quam *Apoſtolus*, dictante *ſpiritu ſancto*, monſtrat, non eſſe ut altera pars obſirmato animo uſum ceremoniarum licitum eſſe pertendat, & eatenus obtrudat & imponat parti alteri, quæ nefas putat illis uti ritibus. Haud, inquam, exiſtmavit *Apoſtolus*, uſum ſive impoſitionem *ceremoniarum* de quibus lis erat, & circa quas, conſcientiæ nonnullorum fuerunt pendulæ, rationem eſſe amoris conciliandi, et unionis parandæ; ſed contrà, hoc fuit pium et prudens conſilium *Apoſtoli*, ut ſubmotis offendiculis, et præjudiciis iniquis, quibus ſub contemptu et cenſurâ fratres ſubjiciuntur, imo et quandoque perſecutionibus affliguntur, alter alterum cum æquanimitate ferat et toleret, eliminetque hunc rigorem obtrudendi conſcientiis, ritus, de quibus alternis judiciis pendent, uti viam planè alienam, et abhorrentem ab illo tramite, quem *Chriſtiani* premere et inſiſtere debent, ad animos concilandos diverſitate opinionum laborantes.

Rom. 14.

SECT. XIV.

4. LOcupletari poteſt hæc doctrina per *praxim Apoſtolorum*, in ſcriptura conſignatam, in quâ non legitur illos injunxiſſe Eccleſiæ, rituum obſervantiam à Chriſto non inſtitutorum, tanquam regulam et vinculum unionis Chriſtianæ; è contra verò cum rogarentur, ut ferrent ſententiam, circa obſervantias nonnullas in diſſidio illo inter *Gentes* & *Judæos* orto; ubi licèt conabantur *Judæi* obſervationem eorum quæ à *Moſe* fuerant inſtituta, *Gentibus* imponere tanquam communionis Eccleſiaſticæ conditionem, Apoſtoli tamen, adverſus illam impoſitionem, judicio decretorio diſertè pronuntiant, *Chriſtianos nullis aſtringi debere præterquam quibuſdam pro tempore neceſſariis*, quæ antequã juberentur ab Apoſtolis debebant à fidelibus obſervari in cultu & communione Eccleſiæ: nec quicquam inſtituerunt, nec præſcribere diſcipulis, auſi ſunt quicquam ut neceſſarium communionis vinculum, niſi quod eſſet à Deo inſtitutum. Act. 15.

SECT. XV.

5. UNitatem Eccleſiæ nunquam docuerunt *pii veteres*, eodem diſciplinæ vinculo conſtare, ſed conſpiratione unius ejuſdemq; *fidei*; eamq; demum *Auguſtinus & Hieronimus* veram Eccleſiam agnoverunt, cujuſcunq; tandem eſſet *diſciplinæ* concordantis aut diſcordantis ab aliis Eccleſiis, quæ veram fidem tuetur & profitetur. Porrò tantùm abeſt ut *vetus Eccleſia* (quæ fuit ejus charitas, æquitas & modeſtia) damnaverit, aut damnum aliquod intulerit, ut eſt privatio communionis non obſervantibus humanas conſtitutiones alicujus Eccleſiæ, & eandem, per omnia, *diſciplinæ* normam, ut ne quidem conſtitutiones quas, habebant pro *Apoſtolicis*, Chriſtianis imponerent, aut imponi juſtum & æquum judicarent, multò minus ponerent inter conditiones communionis. Id patet exemplo *Polycarpi*, *Irenæi*, *Cypriani*, *Auguſtini*, apud quos, cum non eſſet eadem ſententia & praxis circa ritus, putà circa obſervationem Paſchatis, circa item morem jejunandi, baptiſmum hæreticorum, in quibus quiſq; ſe *Apoſtolorum* traditione tuebatur; attamen nemo (ſi *Victorem* excipis) inventus eſt, qui in his externis diverſum, eo nomine, communione ſuâ moveret. *Veteres* illi ſemper ſtudioſi fuerunt, ut *illibatam fidem* ejuſq; uniformitatem ubiq; retinerent, per literas ſuas teſtimoniales,

Vide clariſſ. & eruditiſ. Molinæum *in Parv. bon. fid.*

teſtimoniales, Eccleſiaſticas, formatas; & ſemper crediderunt non aliâ ratione, circa illa externa, pacem & charitatem coli, etiam in *imo territorio*, & *ſub eodem Imperio & Imperatore*, quam indulgendo ſingulis Eccleſiis, liberum illorum uſum. Quin, gratam illam eſſe diverſitatem & διαφωνίαν, imo & unitatis in unâ fide, argumentum longè luculentum, & quæ quemadmodum, loquitur *Ireneus* apud *Euſebium*, ὁμόνοιαν τὴ πίστεως συνίστησι. Piis deniq; hiſce veteribus ingenuè adſtipulantur inter ipſos Conformes nonnulli, digniſſimi ſanè, qui eo nomine ſummis laudibus efferantur. Ut non omittam Reverendum Epiſcopum *Hereſordienſem*, in tractatu ſuo egregio cui titulus, *nuda veritas*, & doctiſſimũ *Johannem Hales*, cum quo (quam impari congreſſu!) noſter *Longus* ſcripto ſuo muſteo manũ conſeruit. In uno Doctore *Stillingfleet* gradum ſiſto. Is ita ſcribit prout etiam laudatur à viro doctiſſimo, authore libri cui titulus eſt Patronus bonæ fidei. *Spes eſt, fore ut Deus homines arguat hujus veritatis, unionem Eccleſiarum magis in unitate fidei, quàm in uniformitate rituum qui dubiæ ſunt fidei conſiſtere. De hoc certus ſum, abhorrere à primævâ praxi & moderatione, quemquam ſuâ functione miniſteriali abdicare, eo tantùm nomine, quòd in veſtibus, ritibus, & ejuſmodi, non ſe Conformem præſtet.* Hactenus ingenuè, Doctor *Edvardus Stillingfleet*. Par ſanè fuit moderatio & ἐπιείκεια, multorum etiam Epiſcoporum qui cenſuere à primis reformatoribus

Lib. mihi 5. cap. 23.

aliquot ritus & ceremonias Romanenſes fuiſſe retentas, ut eſſent *fulchrum ſubaxillare claudis & imbecillibus*, *non verò ut eſſent ſtipes nodoſus in manu fuſtuariorum*, *ut ſunt Novatores noſtri*, *ad non-Conformes contundendos*; *ut eſſent eſca quâ allicerentur Romanenſes*, *non verò hamus aut rete*, *quo ad interitum irretirentur fidei Orthodoxæ conſortes*, ut eleganter Doctor *Stillingfleet*. Profectò Epiſcopus *Brounrig* in vitæ & mortis confinio, mæſtiſſimè vaticinatus eſt de noſtrâ Novatorum natione, quòd ne quidem linteolum de ſuâ caſtulâ ſacerdotali decerptum comparcerent, ut vulnus Eccleſiæ moribundæ obligent.

SECT. XVI.

HÆc cum ita ſe habeant, quis non facilè perſpiciat, in una fide & doctrina conſpirationem, cum *Cranmeris*, *Ridlæis*, *Hooperis*, *Foxiis*, *Grindallis*, *Davenantiis*, *Abbotiis*, *Uſſeriis*, *Hallis*, *Brounrigiis*, &c. aptiſſimam eſſe rationem, viamq; expeditiſſimam conſopiendi omnes contentiones inter fratres circa ritus & ceremonias litigantes? addam & unicum eſſe μέσον Conformitatis cum *Eccleſia Anglicana*; adeoque non alio nec potiori jure, reputandos eſſe Conformes huic Eccleſiæ

fiæ, quàm qui vapulant ſub nomine fanaticorum, & ut olim, Puritanorum, quibus ſcilicèt elogiis Novatorum deceſſores adornarunt illos quos nominavi Eccleſiæ Anglicanæ antiſtites, per quos tamen ſolos Dei beneficio factum eſt, ut fides Orthodoxa, & vera Eccleſia in *Angliâ* in hunc uſq; diem conſervaretur. Nec vos ipſi ulteriùs reputandi eſtis filii γνήσιοι hujus Eccleſiæ, qui ſe Conformes præſtant almæ matris inſtitutis, quàm quatenus illud obſequium, illa Conformitas in eo ſtant, non quòd ſitis illi obſequentes in ritibus et ceremoniis, ſed quòd ejus fidem amplectamini, & ad ejus præſcriptum, vitam moreſq; componatis. Concludo cum hac teſtificatione, licet nobiſcum conſpiretis, ſitiſq; ὁμοδόξοι in doctrina fidei, attamen ſi ratum & conſtitutum eſt apud vos hoſtiles nobiſcum exercere inimicitias; nobis ex adverſo fixum eſſe in animo, injurias pati veſtras, & Chriſtiano ne dicam Stoico animo concoquere, vobiſq; unam maxillam ferientibus, alteram obvertere; cum hac tamen conteſtatione de noſtro propoſito, obſequia, cultum, amorem & ſtudium vobis deferendi, tum rogandi obnixè Deum ut vos compotes reddat benedictionum cœleſtium, faciatq; vos inſtrumenta promovendi veritatem & extirpandi hæreſes. Illa ſunt vota fratrum veſtrorum, unus è quibus ſum, vobis addictiſſimus in Chriſto.

J. W.

Gulielmus Jenkyn.

Ne Lector mihi vitio vertat, quasi Authorem qui Jenchinū *adortus est falsi arguerem, in re quæ rei est cardo & circa quam tota lis inter eos versatur; commodum est visum, ipsissima Authoris verba, hîc subjicere tam* Romanâ *Linguâ, quam illâ, quæ illi est vernacula.*

EXistimabā me perinde venisse in familiarem notitiam illorum hominum, penetrasse in eorum mentem, evolvisse libros, ac quemquam de illis qui acriùs in eos debacchantur; attamen coram omnibus profiteri haud vereor, *nihil* excidisse ex quoquam eorum vel *scripto* vel *sermone* quod probè & facilè conciliari nequeat cum Articulis fidei Ecclesiæ Anglicanæ. *Pag.* 6. 7. Vindic.

I *Thought I had been as well acquainted with many of these men, conversed as familiarly with them, known their minds, and read their Books as much as some of those who make the loudest exclamations against them; and I must here profess to all the world that I never heard in* any *discourse of* any *of them either publick or private, neither have I observed* any *passage in* any *of their Writings, which was not very easily reconcilable to the Articles of the Religion of the Church of* England. *Vindication of the Conforming Clergy.* Pag. 6. 7.

Neque

Neque enim eorum opiniones possunt arcessi hæreseos, ut quæ perfectè conspirent cum 39 Articulis. *Pag.* 12, 13.

Potestne nobis *Jenchinus* indicare opiniones nigro lapillo hæreseos notandas, & quas affirmat usque adeo fidenter in vulgus emitti? Potestne nominare illos qui tam audacter hæreses propugnant? An potest tempus & locum designare in quibus ejusmodi dogmata πονηρȣ̃ κόμματος fuerunt evulgata? mirum, si queat ad illa interrogata quocunque modo, quacunque ratione respondere. Si respondendo par est, verum audacter eloquatur: nihil volumus gratiæ causâ fieri: si impar est, faciat nobis satis, & publicè atque typis calumniam suam & impudentiam deprecetur. *Pag.* 27. 28.

For their opinions cannot be accused of heresie; they are perfectly agreeable to the 39 Articles. Vindication of the Conformable Clergy. Pag. 12. 13.

Can Mr. Jenkyn *inform us, what heretical notions these are, which he complains are so confidently vented? can he acquaint us who the persons be, that are so bold to maintain them? can he tell us when and where they have been delivered? Is he able to make any tolerable reply to these demands? If he be, let him speak the truth; we do not desire any favour at his hands; if he be not, let him make us satisfaction, and tell the world openly and in print, that it was but an impudent Calumny. Vindication of the Confor. Clergy.* Pag. 27. 28.

Nullam

Nullam partem doctrinæ *Ecclesiæ Anglicanæ* denegamus. *Pag.* 29.

We do not deny any part of the doctrine of the Church of England. *Vindic. of the Conform. Clergy.* Pag. 29.

Parallela

PARALLELA,

Seu dogmata Orthodoxa Ecclesiæ Anglicanæ, juxta Heterodoxa Novatorum posita.

De Scriptura.

Ecclesia Anglicana.	Novatores.
DEbet *unusquisq;* discere, memoriâ condere & ad praxim sedulò revocare quæcunq; habentur in scripturâ *intellectu facilia* & ad salutem necessaria. *Homil. de Lect. Script. p.6.*	*Promiscua licentia* omnibus *indulta legendi scripturas*, gravius est, & pernitiosius *crimen, quàm illud* Romanensium, *quo lectionem scripturarum rigidè nobis* interdicunt. *Episc.* Bramhallus. *Vind. contra* Baxterum *pag.73. Ubi ait non sibi constare quòd* Ecclesia Romana *sit rea criminis hujusce, scil.* quicquam *de fide præcidisse salutiferâ.*
Omnes & singuli jubentur legere & audire & scrutari, & studere sacras scripturas. *Hom. de rebel. p.318.*	

Hickringle probat Bramhalli *judicium contra licentiam promiscuam plebi indultam legendi scripturam, & dicit* Bramhallum *rectè de hoc statuisse.* Greg. Pat. p.104.

Eccleſia Anglicana.

Nihil dicitur uno in loco ſcripturæ, myſteriis obſcuris velatum, quod non in alio *explicatiùs & clariùs* ſit propoſitum, & quod non ſit *ad captum & intelligentiam doctorum & indoctorum.* Homil. de Lect. Script. p. 6.

Quidam obtendunt ſcripturam à ſolis viris eruditis legi debere, propter ejus difficultatem, verùm ſcriptura tam conſtat convallibus & planis viis, quas facile quiſq; calcare poteſt quàm aſperis collibus & ſaltibus. *Homil. Eccl. Angl. de Lect. Script. p.* 415.

Novatores.

Obtentus perſpicuitatis *ſcripturæ æquè laborat* falſitate, *ac infallibilitas* Eccleſiæ Romanæ, *& inde fit ut Proteſtantes & Pontificii longiſſimè diſtent ab invicem, nec ulla ſit inter eos ſpes Conciliationis.* Thorndike Pondera & menſuræ pag. 137.

Nonnulli dantur Articuli etiam magni momenti, in quos ſi quiſpiam penitiùs inquireret, illos nec à ſcriptura, nec à ratione determinari poſſe *comperiret.* Jer. Tayler Lib. Proph. pag. 89.

Scripta Apoſtolica non ſunt perſpicua in cognitu neceſſariis ad ſalutem. Thor. Pond. menſ. p. 36.

De Libris Apocryphis.

Ecclesia Anglicana.

SCripturæ sacræ continent omnia quæ sunt ad salutem necessaria, ut jam quicquid in scriptura non legitur, & ex ea non probatur, minimè debeat à quoquam requiri, ut sit fidei norma aut necessarium ad salutem reputetur. *Art.* 6. *Eccl. Angl.* Lege (inquit *Cyrillus Jerosolymitanus*) scripturas divinas, sed nullum cum *Apocryphis* sit tibi negotium; hic locus allegatur summâ cum approbatione à *Richardo Field* Decano. *De Eccl. pag.* 225.

Canon 59 *Laodicenus* sic statuit; *nulli* libri legantur in Ecclesia præter libros *Veteris & Novi Testamenti.* Id Consilium confirmatur unà cum Canonibus, à sexto Concilio Oecumenico habito in *Trullo. Id pag.* 226.

Novatores.

AD ædificationem Ecclesiæ, instare *debemus* Lectioni *scriptorum* Apocryphorum, *quibus abutuntur illi qui istis silentium indicunt. Verùm cum tota Ecclesia eorum semper usum habuerit, censendum est quòd* molimen seponendi *illos libros non sit eorum qui Ecclesiam in integrum restituunt, sed illorum qui* novam ædificant. *Thorndike Pondera & mensuræ pag.* 100.

Eccleſia Anglicana.

THeologi eruditi de *Eccleſiâ Anglicanâ* Deo tribuunt voluntatem ſigni. Deus vult ſalutem omnium per illam voluntatem qua *invitat*, dum nullum opponit impedimentum hominibus, non autem per illam quæ ſalutem revera *efficit*, removendo omnia impedimenta. *Prideaux Epiſc. Vigor. Lect. 3. de Grat. Univ.*

Voluntates illæ non ſunt pugnantes. Volo omnes ſalvos fieri. Volo ut omnes credant. Nolo aliquos ſervare. Nolo quibuſdam dare fidem. Nam *Eventus* probat veritatem *hujus*, & *ſcriptura illius*. Davenant. Epiſc. Sarisb. contra Hoard pag. 223.

Novatores.

VErus intellectus voluntatis Deo aſcriptæ, *quæ dicitur* ſigni, *hic eſt quod invitat Deum* ſimulatè *volentem, & ſpecie duntaxat*. Collat. inter 2. intim. amic. pag. 202.

Huc redeunt ſermones quibus oppoſitio inſtituitur inter voluntatē Dei revelatā, & arcanā, inter ejus juſſa & decreta, ut illa exuperantia favoris Dei in nos quam verbis adeo diſertis, & ad gratiam conciliandā accommodatis, commendat nobis, ſit merè jocus *ut credulitati noſtræ* imponat, *haud abſimilis oblectamento virorū qui mulieres quas ſibi in ſpeciē volunt uxores, in amorem ſui alliciunt, cum tamen revera, ab earum amore, & à matrimonio* abhorreant. *Lib. de Cauſ. pietatis delapſæ pag.* 164.

De

De Trinitate.

Eccleſia Anglicana.

OMnes illæ circa *Trinitatem* explicationum minutiæ (ut impiè à nonnullis appellantur) quæ habentur pro *Eccleſiæ doctrinâ*, in duobus *ſymbolis* altero *Niceno*, altero *Athanaſii* continentur; & non ſolùm authoritate & mandato *Eccleſiæ Anglicanæ* jubentur legi certis diebus, in ſacris cœtibus, ſed & calculo illius *Eccleſiæ*, maximè probantur in hæc verba. *Artic.* 8.

Symbola tria, Nicenum, Athanaſii & quod vulgò Apoſtolorum appellatur, omnino, recipienda ſunt, & credenda, nam firmiſſimis ſcripturarum teſtimoniis probari poſſunt.

Novatores.

MYſterium Trinitatis *cum minutiis illis explicationum quæ hodiè habentur pro* doctrinâ Eccleſiæ, *non minus violenter pugnant cum principiis naturalis & ſupernaturalis Philoſophiæ, quàm quicquid animus ſibi figurare poteſt in dogmate* Tranſubſtantiationis. *Jer. Tayler Lib. Proph. p. 258. n. 16.*

De

Ecclesia Anglicana.

PEccatum originis est vitium & depravatio naturæ cujuslibet hominis ex *Adamo* naturaliter propagati, qua fit ut ab *originali justitia* longissimè distet. *Artic.* 9. *Eccl. Angl.*

Homo factus erat ad imaginem & similitudinem Dei, eratq; præditus omni genere donorum cœlestium. Incorrupta & intemerata erat ratio. Intellectus erat purus & defæcatus, voluntas erat obediens Deo & pia. In summâ, erat Deo planè consimilis, in *sanctitate, sapientia, veritate, denique in omni perfectione.* Homil. de Nativ. pag. 167.

Novatores.

DOctrina *de* justitiâ originali, *est* commentum *ex fabrica scholæ, & nullibi comparet in scripturâ.* Tayler in ulter.expli.pec.or. p.461.

Quando Lutherani & Romanenses disputant an justitia Adami erat originalis, an verò per gratiã data, de non ente *digladiantur.* Id.resp. ad Ep.de pec.or.p.5.

Innocentia seu carentia peccati *actualis videtur id ipsum esse quod Theologi vocant* originalem justitiam, *nec aliud docetur nec sub rationem cadit.* Id.un. necess.p.380.

Adamus *rebellem habuit appetitum, & inclinationem versus prohibita, priusquam* ulla tentatione *corriperetur.* Id.Ib.p.713.

De

De Peccato Originali.

Eccleſia Anglicana.

DAvid ait ecce *conceptus ſum in peccatis*, neq; enim de peccato in ſingulari numero loquitur ſed de multis in plurali, eo quòd ab uno *peccato* tanquam è *fonte* cætera dimanent. *Hom. de miſer. pec. pag.* 9.

Peccatum originale eſt vitium & depravatio cujuſlibet hominis, ex *Adamo* naturaliter propagati, & exinde fit ut ab originali *juſtitia* quàm *Longiſſimè* diſtet, & ad malum ſuâ naturâ propendeat. *Artic.* 9. *Eccl. Angl.*

Novatores.

ORiginale *peccatum non eſt inhærens malum, nec propriè* peccatum. *Tayler unum neceſſar. pag.* 475.

Natura noſtra non eſt virtuti contraria. *Id. Magn. Exemp. p.* 58. *part.* 1.

Si quando non niſi ægrè à malo abalienamur, & viciſſim ad vitium ſollicitamur, exiſtimamus nos poſſe cum ratione id aſcribere peccato originali, cùm tamen illa propenſio ad vitia, *ſit merè* accidentalis, *& ex* occaſione legum ſancitarum *quæ vitia prohibent.* Id. lb. pag. 59.

Homo

De Peccato Originali.

Eccleſia Anglicana.

Homo naturâ ſuâ carnalis eſt, omni deſtitutus bonitatis ſcintillâ, omniq; ad virtutem & pietatem propenſione, *& ad omnes cogitationes malas, & malefacta pronus.* Homil. dom. in alb. p.209.

Quandoquidem ratio carnalis ſemper ſit *inimica Deo*, omnino à *præceptis* ſuis *abhorret.* Hom. de quib. loc.ſcript. pag. 146.

In baptiſmi adminiſtrandi formula, precari jubemur ut infans baptizandus recipiat *peccati remiſſionem.*

In unoquoq; naſcentium, peccatum originale, iram Dei & damnationem meretut. *Artic. 9. Eccl. Angl.*

Novatores.

Quod ſpectat officia vitæ quæ circa ſpiritualia verſantur, ratio noſtra naturalis hoſtiliter infenſa eſt vitio, *& quaſi lex lata, contrariè oppoſita eſt vitio.* Tayler Magn. Exam. part.3.p.9.

Adamus *per peccatum ſuum non mancipavit nos inimicitiæ conditioni, ſeu non reliquit nos in* ſtatu inimicitiæ, *quo ipſi noſmet Deo opponimus.* Id de pec. orig. p. 25.

Si quod Paulus *aſſerit* Rom. 2. *quòd Ethnici die ultimo judicabuntur per naturæ lumen, ſit verum, inde conficitur quòd non condemnabuntur propter peccatum originale.* Thorndike Pond. & menſ. pag. 79.

In

De Peccato Originali.

Eccleſia Anglicana.

In baptiſmi formulâ diſertè aſſerit Eccleſia infantem recèns natum, in peccato originali & ſub ira Dei fuiſſe natum.

O homo niſi *voluntati divinæ* arrogantiùs *obſtitiſſes in primo parente Adamo, Chriſtus* in formâ Dei, non opus habuiſſet formam ſervi induere. *Hom. paſſ. pag.* 183.

Quando primùm genitor noſter *Adamus* Dei mandatum violavit edendo pomum vetitum in Paradiſo, non ſolum ſibi, ſed & poſteris, in æternum paravit iram & juſtam Dei indignationem, qui *damnavit* illum & unà ex ſe natos ad interitum æternum animæ & corporis. *Hom. de paſ. pag.* 181.

Novatores.

In illis qui nullo modo peccaverunt, ut infantes, mors innocentis merè fuit naturæ conditio, nec ulterius aut magis fuit punitio quàm infans naſci. Tayler unum neceſſ. pag. 713.

Peccatum originale non verſatur in peccati Adamici imputatione. *Et revera nulla neceſſitate conſtringor revocare in dubium, quòd Deus* non poſſit *jure punire unum hominem pro peccato alterius.* Thorndike pondera & menſuræ. p. 77.

De Virgine Maria *liberâ à peccato.*

Eccleſia Anglicana.

HÆc eſt omnium Proteſtantiũ conſtans opinio, quòd de omnibus hominibus ex muliere natis, excepto Chriſto, *nullus* inventus ſit qui non eſſet in peccato conceptus. Sanctus *Auguſtinus* affirmat in *Pſal.* 34, de virgine *Maria* ex lumbis *Adami* orta, quòd mortua fuerit propter peccatum. *Field. Decan. Glouc. de Eccl. p.* 264.

Novatores.

VIrgo Maria *jugiter imperium habuit in paſſiones ſuas, ut quæ edocte nunquam excurrere per rebellionem extra limites meræ impoſſibilitatis naturalium imperfectionũ. Præcepta fuit fide nullo ſcrupulo concuſſa.* Tayler Gr. examen p. 13.

De Concupiſcentia.

Eccleſia Anglicana.

FAtetur *Apoſtolus* quòd concupiſcentia, habeat in ſe peccati naturã. *Art.* 9. *Eccl. Angl.*

Novatores.

CConcupiſcentia *in baptiſatis vel non baptiſatis, quoad illi conſenſum ſuum præbeant, non omnino eſt peccatum.* Tayler. reſp. ad Epiſcop. Roſſenſem pag. 875.

Sententia

De Concupiſcentia.

Eccleſia Anglicana.

Sententia illa *Romanenſis*, quòd concupiſcentia in regeneratis non ſit peccatum, longè exitioſus & damnabilis eſt error. *Field. de Eccl. pag.* 91.

Per legem Dei novimus, quòd concupiſcentia etiam in abdito ſit peccatum, quódque vereamur offendere quantumvis merâ cogitatione, incurrente & citò abeunte. *Hooker. Eccl. Pol. l.* 1. *ſect.* 12.

Novatores.

Quiſquis affirmat quòd concupiſcentia, ſeu naturalis inclinatio, antequam in actum erumpat, accerſat æternam damnationem, mihi videtur proferre, uſq; adeo horrendum dogma, ut ſi ulla Eccleſia expreſsè id probaret, & pedibus iret in hanc propoſitionem, ſeriò profiterer me bona cum conſcientia, non poſſe communicare cum Eccleſia, ejuſmodi dogma arripiente, quinimo plane exiſtimo, hanc propoſitionem fore tentationem maximam, qua abſtraherentur homines ab amando Deo, de quo prædicantur ejuſmodi quæ horrorem incutiunt. Id. lb. pag. 23, 24.

Ubi Dominus dicit, ne iraſcamini citra cauſam, non vetat primos animi motus, nec propenſiones citò incurſantes unde quis commotior eſt. Tayler. Gr. Exam. part. 2. pag. 122.

Eccleſia Anglicana.

QUotquot cupiunt rectam & perfectam viâ quæ ducit ad Deum intrare, animos applicare debent ſacris literis, ſine quibus non poſſunt ut par eſt Deum cognoſcere, nec certi eſſe de ejus voluntate, nec de officio ſuo aut munere quo defungi debeant. *Hom. de Lect. Script. p. 1.*

Imprimis certâ cognitione tenendum eſt, quod de fide, ſpe & charitate, ſine quibus nulla datur ſalus, ne ulla ſyllaba extat in mundo præterquam quod revelatione ſupernaturali acceptum eſt ab ore æterni Dei. *Hook. de Ec. Pol. lib. 1. ſect. 11.*

Non

Novatores.

CUm antea cognitus fuiſſet Deus per naturæ lumen, nunc non datur aliud medium verum, quo Deum cognoſcamus quam per cognitionẽ Chriſti. Sherl. de cog. Chr. p. 33.

Omnino exiſtimandum eſt quòd fides de Dei exiſtentia ejuſq; providentia ſolummodò requirebatur ut lex & conditio ſalutis, ab illis quibus nihil ampliùs revelatum erat. Id. pag. 41, 42.

Dantur ejuſmodi connata & clara principia, unde deduci poteſt quòd quæ requirit Evangelium, ſint officia noſtra, licèt Deus nunquam de illis voluntatẽ ſuam aperuiſſet. Id. p. 70.

Non dubitavit Apoſtolus, quin doctrina quam prædicabat, accepta foret homi-

De Lumine Naturæ.

Eccleſia Anglicana. Novatores.

Non poſſumus ullo naturæ lumine reperire illam viam quæ ducit ad *beneditæ mercedis* adeptionem, niſi per accuratam & exactam obedientiam & praxim officiorum & operum juſtitiæ. *Hook. Eccl. Pol. lib. 1. ſect. 11.*

Niſi Deus noſter fuiſſet miſertus, ſors noſtra fuiſſet inter paganos, planè Deo & ſpe vitæ æternæ deſtitutus. *Hom. Rog. ſept. p. 219.*

Quantas debemus gratias creatori æterno Deo, quòd mundo ſuam legem patefecerit, ut lumen eſſet ſine quo tenebris Cimmeriis immerſus fuiſſet mundus, & unà *periiſſent* infinita *hominibus* ſola ratione *ductis, ſed ad virtutem propenſis.* Lamb. ſer. in 2 Tb. 3.

Apoſtolus cupit invenire homines ſuapte natura ſinceros, cordatos, probos, honeſta ſectantes quales Lucas *in actis Apoſtolorum vocat* τεταγμένους, *ſeu benè præparatos ad vitam æternam obtinendam.* Id. ib.

Quiſquis de mundo Ethnicorum credit, eſſe Deum & largiri præmia illis qui eum requirunt, ita tamen ut requirendo haud quicquam, ſaltem minimùm inſuper credat, quia per ſuam perquiſitionem nihil poteſt amplius invenire, debet in cœlis ſedere ante illos, qui de Ethnico hoc honeſto judicant ut indigno qui in cœ-

lum.

ta hominum millia, quæ nunc eo lumine præeunte, salutem indubitatè obtinent. *Ec. Pol. l. 1. sect. 12.*

Plura eo modo sunt necessaria, ut absq; eorum cognitione & praxi, nolit Deus decernere & indulgere media ordinaria ad salutem obtinendam, & quorum per naturæ lumen nulla est possibilis adeptio. *Hook. Ec. Pol. lib. 1, sect. 14.*

Possumus ex Lectione octavi & decimi capitis Epistolæ ad *Romanos* colligere, quandoquidem nemo missus est ad quos annuntiaretur Evangelium, adeoque nec verbum audiverunt lum admittatur, & de Deo clementissimo ut de tyranno immiti & truculento qui quos in impotentia facultatis seipsos juvandi reliquit, à vitâ æternâ excludit. Wetenhal Collyrium pag. 13.

Licèt præsupponeretur quòd Christus nunquam apparuisset mundo, attamen non absre crederemus, Deum usq; adeo bonum esse & misericordem, & propenso esse naturaliter animo & benevolo, ad bonis benè faciendum, & pro certo remunerandum opera eorum. Neq; enim per patefactionem Christi nobis factam, palam facta est natura Dei, sed duntaxat Deus nos firmavit in fide eorum de quibus edocti eramus à natura.

Sher-

Eccleſia Anglicana.

verunt nec crediderunt, poſſumus inquam inde conficere, quòd nec juſtificati, nec vocati, nec prædeſtinati fuerint, ac proinde quòd *non erunt gloriæ compotes.* Epiſc. Prideaux. Lect. 8. pag. 122.

Homines naturaliter ſummum bonum appetunt. Iſtius boni & naturalis appetitus ad id bonum, author eſt Deus, qui media naturalia conſtituerat, quibus iſtius boni & voti compotes eſſent; ſed cùm homo exciderit ſuâ facultate naturali utendi hiſce mediis ad hunc finem obtinendum, factum eſt Dei dono ut reciperet legem cœlitùs revelatam.

Novatores.

Sherlock de cogn. Chriſti 1 Edit. p. 43, 44.

Deus habuit eundem reſpectum ad Gentiles perinde ante, ac poſt prædicationem Evangelii, quia iſte reſpectus fundatur in naturali relatione, per quam Deus affectus eſt tanquam miſericors creator & *conſervator erga hominum genus.* Id. pag. 27.

Omnino ſtatuendum eſt, non ſolum Judæos *ſed & Ethnicos qui prorſus ignorarabant quid* Chriſtus *facturus eſſet circa reſtitutionem noſtram, credidiſſe Deum gratiâ plenum eſſe & miſericordiâ erga peccatores, atq; per notiones naturales de Deo & de patefactione ſui in operibus creationis & providentiæ,*

certò

Eccleſia Anglicana.

tam per quam ſupernaturaliter compos deſiderii fieret, quod naturaliter fieri non poterat *Hook. Ec. Pol. lib.* 1. *ſect.* 12.

Anathematizandi ſunt qui dicere audent, unumquemque eâ lege aut Sectâ quam profitetur, eſſe ſervandum, modò juxta illam & lumen naturæ accuratè vixerit, cum ſacræ literæ tantum Jeſu Chriſti nomen prædicent, in quo ſalvos fieri homines oporteat. *Art.* 18. *Conf. Angl.*

Quotiquiq; pœnitentiam docent, extra *Chriſtum*, & fidem veram in ſervatorem noſtrum Jeſum Chriſtum, doctores

Novatores.

certò perſuaſos fuiſſe, Deum revera bonum eſſe, & jam ſub intelligentiam cadere non poteſt natura bonitatis, abſq; miſericordi & condonante gratia. Ib. p. 44.

Evangelii lumen nunquam mundo illuxit quoad oriens ab alto nos inviſit. Virtus mortis Chriſti *per quam merces & remiſſio peccati nos manet, non pendet à cognitione noſtra, ſed à Deo mortem hanc acceptante. Cur illum non acceptaret Deus, ſi ita animo ſuo collibitum eſſet, etiam ignotum nobis?* Id. reſp. at amicam collationem pag. 41, 42.

Nullibi lego quod qui de Chriſto, *nihil quicquam nec unquam inaudiverunt, ſalvari nequeant per eum abſq;*

De Lumine Naturæ.

Eccleſia Anglicana.	Novatores.
ctores ſunt pœnitentiæ quam *Cain* & *Judas* habuerunt. *Hom. de pœn. p.* 260.	*abſque fide in eum, hoc ſi verum eſt, quid ſit de omnibus illis, ſi unum aut alterum Prophetam excipis, qui ante Chriſti adventum vixerunt?* Collat. inter duos intimos amicos. pag. 251.
In ſcripturis ſacris invenimus Chriſtum, & in Chriſto Deum. *Hom. Rog. ſept. pag.* 241.	

Plura de bonis operibus & de emendatione vitæ poſſunt enunciari, ſed vana ſunt illa omnia abſq; Chriſto. *Hom. de pœnit. pag.* 259.

De Poſſibilitate Perfectionis.

Eccleſia Anglicana.	Novatores.
OMnes excepto *Chriſto*, licèt baptizati, & in *Chriſto* regenerati, in multis offendunt. *Si dixerimus nos peccatum non habere, nos ipſos*	JUſtitia *Evangelica* varios *admittit gradus, quorum tertius eſt eorum qui alacriter incumbentes virtutis ſtudio, id aſſecuti ſunt ut* nihil omnino

De poſſibilitate perfectionis.

Eccleſia Anglicana.

ipſos fallimus, & veritas in nobis non eſt. Art. 15. Eccl. Angl.

Damnandi ſunt illi qui ſe quamdiu hic vivunt, ampliùs poſſe non peccare affirmant. *Art.* 16. *Eccl. Angl.*

Novatores.

peccent *ad tempus, contra ullum* Chriſti *præceptum.* Ignatius Fuller. Ser. 3. pag. 67.

Non mihi conſtat ratio cur Deus denegaret tales menſuras & gradus gratiæ quibus homo poteſtate præditus ſit abſtinendi ab omni peccato, & *amplectendo* Univerſalem Juſtitiam. *Id. pag.* 11.

Evangelium ſeu lex Chriſti, nihil homini lapſo præcipit quod per gratiam, quod promittit non poſſit impleri. Geo. Bull Examen Cenſu. pag. 157.

De Libero arbitrio.

Eccleſia Anglicana.

SYnodus Dordracena Theologos habuit longè præſtantes & eò delegatos à Rege Jacobo qui

Novatores.

SYnodus Dordracena *non potuit præſtare hominem humilem, niſi immutando eum in lapidē aut*

De Libero arbitrio.

Eccleſia Anglicana. | Novatores.

qui non ſolum cum iſtâ Synodo conveniebant in deneganda voluntatis libertate circa bonum ſpirituale, quoad per gratiam immutetur, ſed qui conſentiebant in illâ doctrinâ cum Eccleſia Anglicana, quæ hominem humilem præſtat, nec tamen in ſtipitem inertem illum immutat. Ideoq; *Eccleſia Anglicana* vulneratur, per eorum latera, qui hujus Eccleſiæ doctrinam circa liberum arbitrium in iſtâ Synodo propugnarunt, quemadmodum liquet ex Articulo decimo *Eccleſiæ Anglicanæ* in quo hæc habentur verba. *Abſq; gratiâ Dei quæ per Chriſtum eſt nos præveniente ut velimus, & cooperante dum volumus, ad pietatis opera facienda quæ Deo grata ſunt & accepta, nihil valemus.*

aut ſtipitem. Inquiſitio miſericors. pag. 7.

De Operibus ſupererogationis.

Eccleſia Anglicana. | Novatores.

OPera voluntaria præter vel ſupra Dei præcepta quæ ſuper-

AFfirmativa præcepta Evangelii quoad modum obſequii, arbitrio & electioni

De Operibus ſupererogationis.

Eccleſia Anglicana.

pererogationis appellant, non poſſunt ſine arrogantia & impietate prædicari, nam illis declarant homines ſe Deo reddere & ea ad quæ tenentur, & plus in ejus gratiam facere quàm debent. At apertè dicit *Chriſtus, cum omnia feceritis quæcunq; præcepta ſunt vobis, dicite, ſervi ſumus inutiles. Eccl. Angl. Art.* 14.

Novatores.

lectioni permittantur, ut inde fervens amor, quo Deum proſequimur illuſtrior evadat, quicquid additur præter, vel ſupra præceptum, largam mercedem obtinebit. Tayler unum neceſſ. p. 48.

De Humanis ſatisfactionibus.

Eccleſia Anglicana.

OBlatio *Chriſti* ſemel facta, eſt ipſa perfecta redemptio, propitiatio & ſatisfactio pro omnibus peccatis mundi, nec alia præter illam

Novatores.

SI quis prope eſt ut in mare projiciatur, piè docetur in hunc modum precari, effice domine, ut mors filii tui, & mors mea in unum coaleſcant, & ſic coa-

litæ

De Humanis ſatisfactionibus.

Eccleſia Anglicana.

illam unicam extat ſatisfactio. *Artic.* 31. *Eccl. Angl.*

Novatores.

alitæ accipiantur à te, in punitionem peccatorum meorum, ut quicquid iræ habes excidat è memoriâ tuâ, & quicquid habeo peccatorum deleatur ex libro tuo. Tayler *regulæ ad ſanctam vitam.* Pag. 293.

De perfectione Legis.

Eccleſia Anglicana.

SAlvator noſter, *Mat.* 5. 27, 28. corruptam damnat interpretationem à *Scribis & Phariſæis* allatam, qui docebant per præceptũ legis, adulterium merè externum prohiberi, non autem deſideria obſcœna & concupiſcentias impuras. Et eatenus *Chriſtus* accuratam &

Novatores.

PErfectio *Evangelii in eo ſtabat, ut* repleret vacua antiquæ legis *quæ ſcriptura denominat ſui abnegationem, pœnitentiam, juſtitiam, charitatem, obedientiam, quæ maximè Chriſtus urget in concione habita in monte.* Ignat. Fuller. Ser. 2. p. 59.

Habemus per publicationem Evangelii perfectiorem

& plenam puritatis perfectionem nobis exhibet. *Hom. de adult. p. 79.*

Christus Salvator in hunc finem venit, ut legi patris cœlestis suum verum *intellectum* redderet. *Hom. de adult. pag.* 84.

Cùm *Pharisæi* suis falsis interpretationibus & glossematis legem corrupissent, & obicem objecissent purissimo fonti verbi divini, docentes dilectionem & charitatem extendi ad solos amicos debere, hunc ideo obicem *Christus* tollit, fontem sordibus illis purgat & mundat, & piæ charitatis legi interpretationem claram adfert, nempe quod sit officii nostri, charitate complecti obvium quemq; seu amicum

orem vitæ regulam. *Sherlock Resp. ad amicam collationem. p.* 45.

Lex Mosis *quoad illam partem quæ mores spectat* mera fuit abstinentia à malo. *Tayler unum necess. p.* 21.

Benedictus noster Salvator in hunc mundum venit, ut novas Leges stabiliret ad regulam morum. Sam. Parker Eccl. Pol. pag. 33.

Licitum fuit apud Judæos *in Communi Commercio jurare per Deum, modo sine mendacio, & non in quidpiam haud ad rem spectans.* Tayler. Gr. exam. part. 2. pag. 114.

De perfectione Legis.

Eccleſia Anglicana.

amicum, ſeu inimicum. *Hom. de Charit. p.* 41.

Non eâ gratiâ venit *Chriſtus*, ut legem vel *novam*, vel ſuis numeris *magis perfectam* & abſolutam circa normam officiorum & morum, exhiberet, ſed ut clariorem interpretationem traderet legis datæ per miniſterium *Moſis*, atq; ei ſuum intellectum genuinum afferret, errore exolvendo illos, qui illam falſis interpretationibus explicabant. *Decan. Field. de Eccleſ. l.*5.*c.*21.*p.*470.

De Modo Converſionis.

Eccleſia Anglicana.

TRanſlatio hominis è ſtatu peccati & iræ, inſinuat divinarum & cæleſtium virtutum *habitûs infuſionem*, cum primulùm vitâ Dei donatur homo. *Field de Eccl. pag.*862.

Eimus *Chriſti* participes

Novatores.

S*Ententia quæ admittit* infuſos habitus, commentum eſt cerebri humani, *nec in ullâ ratione nulloq; in ſenſu fundatur.* Tayler. unum neceſ. p. 273.

Figmentum habituum infuſorum, *deſtruit* nec-

pes per realem & habitualem *infuſionem*, cùm homo donatur internâ gratiâ. *Hooker. Eccl.Pol. l.5.156.pag.309.*

Annon miraculosè ſpiritus ſanctus in converſione *Matthei* operatus eſt, ubi eum de ſuperbo Publicano ad telonium ſedente, fecit Evangeliſtam humilem? *Hom. ad Pentec.pag.209.*

Ea eſt vis & virtus per quam ſpiritus Dei homines regenerat, & quaſi de novo format, ut planè ſint alii homines ab iis qui ante fuerant. *Id. Ib.*

Sanctus *Auguſtinus* affirmat quòd opus creandi de novo hominem ut ab improbo fiat juſtus, *neceſſitatem incumbendi cum cura & labore operibus pietatis.* Tayl. ibid.

Statuendum eſt Chriſtianas & ſalutares virtutes non *eſſe* habitus infuſos. *Geo. Bul. Apol. pag. 26.*

Coguntur iſti reducere mentis noſtræ renovationem ad phyſicã & immediatã operationem Chriſti agentis in mentem, unde fit ut omnes Chriſti inſtitutiones ſint inſipidæ, & inutiles evadant, ſiquidẽ ut volunt omnis gratia à Chriſti *perſona procedit.* Def. Sherl. Cogn. Chr.pag.508,509.

*Nova & vana illa eſt (ut mihi certò conſtat) patefactio quòd in noſtra poteſtate non ſit quicquam boni facere à principio interno ſed tanquam machinæ ab ex-

ſtus, longè majus ſit opere quo crearet novum cœlum & terram novam, illis conſimiles quæ jam creatæ ſunt. *Hom. Rogat. p.* 220.

Si quæ eſt in nobis voluntas reſurgendi à malo tanquam à mortuis, id debemus Deo prævenienti, & nobis hancce voluntatem danti, noſq; præparanti & diſponenti ut velimus. *Hom. Rog. pag.* 228.

Illi plenè & abſolutè pertinent ad *Eccleſiam* quos divina gratia ducit *infallibiliter* & *indeclinabiliter* ad *certam & indubitatam* poſſeſſionem deſideratæ beatitudinis, per illa media in quibus gratia manifeſtam facit *vim externâ vi commoveri debeamus & per irreſiſtibilem ſpiritûs Dei poteſtatem.* Sherlock de Cognit. Chriſti. pag. 50.

Si Deo conſtitutum eſſet quenquam ſanctum efficere per omnipotentem & irreſiſtibilem gratiam, omnino ſpes affulgeret Diabolo quòd ſanctus quoque evaderet. Sherlock Reſp. ad amic. Collat. inter Sat. & Sherlock p. 19, 20.

Non eſt cenſendum quòd homines non ſocient aliquas operas cum gratiâ divinâ ad converſionem, namq; ſpiritus Dei & noſter conjunctim, ſibi mutuas operas tradunt ad producendum unum eundemq; effectum. Diſc. inter 2 intim. amic. p. 174.

vim suum maximam, & prævalentem, extra quam vim & efficaciam gratiæ *infallibiliter allicientis, inseperabiliter retinentis, atq; indeclinabiliter ducentis*, nemo unquam ad salutem pervenit. *Decan. Field de Eccl. pag.* 12.

Homo antè fit bonus *per spiritum & gratiam, Dei* efficaciter, internè operantis, quàm possit bonos fructus edere. *Hom. de eleem. pag.* 161.

Si qui fructus fidei, si ulla pia desideria dantur homini, debet accepta referre spiritui sancto, tanquam *soli* nostræ sanctificationis opifici, à quo sumus novi homines in Christo. *Hom. pentec. pag.* 209.

Solâ spiritûs Dei *vi* flexanimâ vivificantur hominum mentes, atq; in illis excitantur boni affectus & pia desideria; alioqui ea est perversa & obstinata hominis natura, ut nunquam suopte motu ad quicquam boni commoveri posset. *Hom. Dom. in alb. pag.* 209.

De Unione cum Christo.

Ecclesia Anglicana.

CErtum est quòd *David* justificatus fuerit per fidem in Messiam, *insitus Christo* servatori nostro venturo. *Hom. de pœnit. pag.* 262.

Gratia per quam participamus *Christum*, secum infert præter præsentiam personæ *Christi*, & mysticã *conjunctionem* seu copulationem *Christi* cum partibus & membris universæ Ecclesiæ, illa inquam gratia infert & insinuat verum & actualem influxum gratiæ, per quem vita quam secundùm pietatem vivimus, est vita *Christi*. Lib. 5. sect. 56. pag. 309. Hook. Eccl. Pol.

Quandoquidem *Christus* sit in nobis tanquam spiritus vivificans, primus gradus communionis cum *Christo*, consistere debet in participatione *spiritûs Christi*. Id. Ib.

Novatores.

SOcietas *seu communio cum* Deo, *nihil amplius & ulteriùs significat, quàm quod vocamus* politicam unionem, *hoc est cum de ea* societate *sumus, quæ nos constituit in eo statu & conditione in qua relationem habemus cum Deo.* Sherlock de cogn. Christi pag. 186.

Non possumus uniri cum Christo, *antequam ipsi uniti simus cum publicis Christianorum societatibus.* Sherlock de cogn. Christi pag. 163.

De Meritis Operum.

Eccleſia Anglicana.

OPera noſtra nec merentur, nec promerentur remiſſionem peccatorũ, nec de injuſtis ſiſtunt nos juſtos in conſpectu *Dei*. Sed Deus pro ſumma ſua miſericordia, & per ſola merita filii ſui *Jeſu Chriſti* nos juſtificat. *Hom. de ſalut. p.* 18.

Tantùm propter meritum Domini ac Salvatoris noſtri *Jeſu Chriſti*, non propter opera & merita noſtra, juſti cenſemur. *Artic.* 11. *Eccl. Angl.*

Novatores.

CUm meritum ſatisfactionis operibus Chriſtianis aſcriptum, fundatum ſit in illa gratia quæ ſalutẽ omnibus adfert, ſub imaginationem cadere non poteſt, quòd id meriti quicquã deroget de meritis & ſatisfactione Chriſti. Thornd. menſur. pondera pag. 76.

Sententia Concilii Tridentini *circa ſatisfactionem & merita bonorum operum, nullatenus deſtruit religionem Chriſtianam.* Id. pag. 138, 139.

Sanctitas ideo vocari poteſt ratio illius amoris divini, quo Deus homines proſequitur, quoniam iniquitas cujuſpiam creaturæ eſt ratio propter quam Deus aliquem odio habet. Vindic. Sherloc. pag. 14.

De

De Satisfactione Christi.

Ecclesia Anglicana.

CAusa mortis & passionis Christi fuit à parte nostra grande & horrendum *crimen. Hom. de pas. pag.* 186.

Quoniam, uti asserit sanctus *Paulus*, *mors stipendium & merces est peccati*, ideo ut placaret Dei *iram* ejusq; justitiæ satisfaceret, mediator noster, peccatum humani generis in se transtulit, tulitq; mortem in punitionem peccato debitam. *Hom. Nativ. p.* 172.

Christus è cælo descendit ut in se assumeret peccatorum nostrorum *mercedem. Hom. de pas. p.* 183.

Peccatum duo ponit & insinuat, debitum punitionis, & debitum obedientiæ,

Novatores.

PLanè pernegamus *peccata nostra esse* causam meritoriam *passionum Christi.* Hodgkis. Imput. Chr. justit. p. 76.

Christus *non eatenus loco nostro mortuus est quasi obligatio nostra punitionem ferendi, in eum devoluta & translata fuisset.* Id. 214.

Quandoquidem παθήματα Christi *non fuerint inflicta propter propria peccata, planè censendum est illa fuisse dolores, non verò pœnas. Id. pag.* 22.

Christus *non est mortuus tanquam* vas & sponsor *noster.* Sherlock. cogn. Christi. pag. 290.

Non habent Sociniani *causam cur sibi caveant ab ejusmodi adversariis, qui*

satis-

bedientiæ, tum demum neglectæ cum præstari debuit. Ac proinde in satisfactione per quam Deo reconciliamur, duo omnino supponuntur, nempe hinc pati *punitionē* quam peccatū meruit, illinc præstare obedientiam. *Field de Eccl. p.* 445.

Debitum nostrum erat magnum, majusq; quàm à nobis exolvi posset. Absq; solutione nunquam Deus pater benevolo potuisset in nos esse animo; quocirca visum est *Christo*, sistere se [sponsorem] *solutionis administrum*, & sic nomina nostra expungere. *Hom. de pas. pag.* 175.

Deus effecit ut *Christus satisfactioni Christi non aliter patrocinantur quàm per rationem* fidejussoris, *ac sistendi* Christum *vadem nostrum.* Sherlock de cognit. Christi. pag. 290.

Non possum intelligere quo tandem modo Christus posset pati pro peccatis nostris, siquidem ut volunt peccatorum nostrorum reatus in seipsum translatus foret. Id. defens. cogn. *Christi.* pag. 127.

Si quando peccata nostra in Christum *transferuntur, hoc ipso innocui sumus, nec mors Christi liberare potest illos qui jam sunt liberati, inde conficitur quòd illa mors solummodo valeat ad liberandum* Christum *eo reatu quem in se assumpsit.* Id. pag. 128.

Cùm

Ecclesia Anglicana.

stus peccatum ipsum fieret, & ipsa maledictio, esset-que peccatum respectu *reatûs*, maledictio verò respectu *punitionis*. Episcop. *Andrews*. Conc. in Jer. 23.

Deus onus peccatorum nostrorum in *Christum* imposuit, & constituit ut *Christus* pretium redemptionis persolveret. Ejus obedientiæ actum in perfectam satisfactionem pro nostris detrectationibus officii accepit. Ejus justitiam posuit quasi in unâ lance, positis è contrà peccatis nostris in alterâ. *Hoon. Reg. sept. pag.* 228.

Quis tandem reputare apud se non potest, gravitatem debiti seu peccati,

Novatores.

Cùm idem in sermonem de Deo incidisset non condonari te peccatum citra satisfactionem, inde alium deducit, Deum usq; adeo plenum esse justitiæ rigore, ut ne drachma bonitatis illi supersit, quoad illius ultionis & vindictæ rabies fuerit expleta. Et fateor (inquit tanquam Deo illudens) hoc esse glorioſum justitiæ genus. Sherlock. pag. 59.

Secundum hanc sententiam Deus usq; adeo est justus, ut inde ferox & crudelis evadat, quoad ad cumulum ultionis ipsi satisfactum fuerit, quasi divina ultio saturari, & satiari amaret Christi sanguine, loco sanguinis à peccatore salientis. Sherlock defens. pag. 529.

peccati, quod aliâ ratione *nec persolvi* nec elui *potest*, quàm per innocui mortem, & quis non ex hac reputatione animo infensissimo peccatum oderit. *Hom. de pas. pag.* 176.

Annon id fuit manifestum indicium reconditissimæ *iræ divinæ* in peccatum, cùm *aliter placari* & sedari non potuit quàm per effusionem sanguinis longè pretiosi, charissimi capitis nempe *Christi*. Hom. de pas. p. 185.

Non potuit *sanguis taurorum iram* Dei avertere, nec mitigare ullo refrigerio illius *ardorem*. Id. pag. 182.

Nec quicquam in nobis

Hæc reputatio quòd mors Christi *sit satisfactio ultionis divinæ naturalis ad eum furorem assurgentis ut placari* aliter nequeat, *planè abhorret ab illa oeconomia quam scriptura de morte* Christi *exhibet, quæq; præterquam quòd in se omnem fidem superet, cum cæteris naturæ divinæ perfectionibus pugnat*. Id. Ibid.

Nobis, inquit, hæc notio exhibet Deum *immanitate & barbarie* ferociorē entium pessimo. *Affirmat quoq; hunc conceptum eo solùm tendere ut ultionis cupidinem satiet, atq; immitem & furentem Deum placet, qui quidem conceptus sic suâ sede movit* Socini *mentem ut potiùs satisfactionem*

bis erat, unde *flamma iræ* divinæ extingui posset. *Id. pag.* 183.

ctionem Christi *inficiari elegerit, quam hanc fidem amplecti usq; adeo* illo indignam. *Sherlock Resp. ad Tho. Danson pag.* 64.

Cum Doctor Johannes Oënus *dixisset, in* Christo *palam fieri quòd natura Dei merus sit amor, mera benignitas, reponit* Sherlock *ironicè, fœlix sanè immutatio omnimodæ justitiæ in amorem omnimodum, cum pro eo quod totum est justitiæ rigor, substituitur quod nihil nisi amor est! Sed quo tandem modo id fit? ratio in promptu est, nempe postquam Dei justitia ulta est peccatum ad satietatem per mortem filii, succedit Dei benignitas qualis est* hominis vindictæ avidi, *qui totam suam* iram evomuit. *Sherlock cogn. Christi pag.* 46.

Cum Doctor Oënus *asseruisset, futurum ex Dei patientia & lenitate ut minimum solatii accedat, nisi nobis innotuisset, justitiæ Dei factum fuisse satis, subjungit* Sherlock, *summam hujus doctrinæ,* [*de bonitate Dei per satisfactionem justitiæ,*] *eò redire, tum demum Deum merè amorem & patientiam spirare, ubi ad vindictæ cumulum pœnas repetiit, quod quidem cum diverbio congruit, tum demum* Diabolum *bonum esse, ubi illi omnia ex voto fluunt.* Sherlock cogn. Chr. pag. 47.

De Justificatione.

Ecclesia Anglicana.

EX hisce locis ex homilia petitis ubi de justificatione agitur, patebit, *quænam illi fuerit causa sensa sua sic aperiendi.*

Nemo per sua opera quantumcunq; videantur præclara, justificari potest, sed unusquisq; necessariò cogitur *aliam* justitiam à Deo quærere. *Hom. de salute.*

Gratia Dei non excludit Dei justitiam à nostra justificatione, sed solummodo justitiâ hominis, scilicet operum excludit. *Id. Ib.*

Nihil potest ipse *Antichristus* contra Deum arrogantiùs & contumaciùs asserere, quam quòd quispiam per sua opera seipsum possit justificare

Novatores.

SCriptores homiliæ de justificatione, *plura loca habent quæ edocent se suam mentem* nullâ perspicuitate *explicuisse in hac doctrinâ.* Thorndike Ponder. & mensur. pag. 61, 62.

Concilium Tridentinum *quatenus ascribit justificationem justitiæ inhærenti, nullo modo destruit Christianam religionem.* Id. pag. 138.

Omninò affirmandum est quòd causa formalis *justificationis, sit* intrinseca *in persona justificati.* Scrivener. Curs. Theol. p. 65.

Justitia Christi *propriè id* non est (N. B. *inquit*) *quod* imputatur, *sed id propter quod* imputatur fides

re. *Hom. 2. de ſalute.*

Opera noſtra, nos non juſtificant, hoc eſt, ex injuſtis, non reddunt nos coram Deo juſtos. *Hom. de ſal. Ib.*

Si quando Apoſtolus dicit nos juſtificari per fidem ſine operibus, nos proteſtantes docemus illum excludere omnia illa opera quæ à ceremoniali lege præſcribuntur, & quæ requirit lex moralis & operatur in hominibus. *Dec. Field de Eccl. pag. 861.*

Chriſtus eſt juſtitia eorum qui verè in eum credunt. In eo & per eum unuſquiſq; verè Chriſtianus legem implere dicitur, quia quod defuit eorum infirmitati, des noſtra *in juſtitiâ.* Geo. Bull. exam. cenſ. p. 68.

Ubi Apoſtolus pernegat opera influere in juſtificationem, illaq; fidei & gratiæ opponit, nulla ratione nobis conſtat ob quam, debeamus intelligere per opera, *inhærentem ſanctitatem, ſeu novam obedientiam quam exhibemus Chriſti Evangelio.* Col. inc. &c. p. 185. 188.

Cum per opera intelligamus ſinceram obedientiam, non debet quiſquam ſcandalo percelli, ſi de nobis dicitur, nos juſtificationem per opera retinere. Id. Ib.

Quando Sanctus Paulus *arguit quòd Chriſtianus juſtificetur per fidem abſq; operibus legis; hoc intendit quòd juſtificetur per Chriſtianitatis profeſſionẽ.* Thorn-

Ecclesia Anglicana.

ti, justitia *Christi* adimplevit. *Hom de sal.*

Justitiam duplicem per fidem obtinemus, unam nobis inhærentem, ut est charitas, alteram justitiam nobis imputatam. *Field de Eccl. pag.* 292.

Potest homo aliena justitiâ justificari, qui eatenus acceptus habetur, quasi nihil unquam mali fecisset, nec quicquam boni omisisset. *Field. Decan. de Eccl. pag.* 291.

Res est insolens quòd Pontificii urgent, nempe hominem non posse magis justificari, hoc est approbari & accipi pro justo propter alterius justitiam, quàm regula haberi recta propter aliam regulam

Novatores.

dike Pond. & mens. pag. 61, 62.

Ubi ait Scriptura Christum *esse* Dominum, justitiam nostram, & Paulus *cupit* inveniri in Christo *non* habens propriam justitiam, *Phil.* 3. 9. *Sic debemus intelligere quòd* Christus *sit ideo patefactus in Evangelio, ut sit nobis* Doctor, qui nos doceat justitiam. *Scrivener. Cur. Theol. pag.* 66.

Qui volunt quòd Deus possit quemquam pronunciare justum, qui injustus est, proferunt contradictoria, utpote pugnantia cum justitiâ illius. Col. int. &c. p. 142.

Si quando video hominem morbo laborantem, manu aut pede mancum, sed sanitati & membrorum integritati,

reddi-

regulam rectam. *Id. Ib.*

Chriſtum participamus per imputationē, ubi quæ fecit & paſſus eſt, nobis ad juſtitiam imputantur. Illud in quo ſimus Chriſti participes per imputationē, illis convenit qui ejus fiunt compotes; etenim conſiſtit in illis actibus, qui non diutiùs permanere poſſent, quàm dum fiunt, nec illo ipſo tempore ad alium quenquam pertinent, niſi ad eum à quo procedunt, quocirca qua tandem ratione, homines fiunt participes eorum quæ fecit & paſſus eſt *Chriſtus* vel ante, vel tunc, vel poſtmodum, non poteſt in imaginationem cadere aliter fieri:

redditum per imputationem alterius ſanitatis, tum demum animo mihi figurare poſſum hominem impium qui factus eſt juſtus per imputationem alterius juſtitiæ. Id. pag. 145.

Qui verbis extollunt juſtificationis noſtræ myſterium, ſibi id objiciunt, quî poteſt aliquis convenientiori ratione fieri juſtus per alterius juſtitiam, quàm auritus per alterius aures, oculatus per alienos oculos, atq; hoc pacto nodum ſibi conſtringunt, quem ſolvere nunquam poſſunt. Scrivener. Curſ. Theol. pag. 66.

Quorſum & in quem uſum valet ſua cuiq; juſtitia, qui expectat fieri perfectè juſtus per imputationem juſtitiæ alterius? Ibidem explodit.

Ecclesia Anglicana.

fieri posse, quàm per *imputationem*. *Hooker. Eccl. Pol. lib. 5. sect. 56.*

Justitia tua (Christe) me & te juxta operiet; non illa est curta vestis, quæ duos involvere nequeat. *Bern. in Cant. ser.* 61. quem locum maximè laudat *Dr. Prideaux. Lect. 5. pag. 73.*

Novatores.

plodit ejusmodi justitiam & vocat imaginariam. *Ignat. Fuller. Conc. in Visitatione. pag. 3.*

Ejusmodi justitia nullibi præterquam in imaginatione reperitur. Sherlock de cogn. Christi. pag. 273.

Quicquid deblateraut, de justitia Christi personali, inhærente Christo, at nobis imputata, nullo scripturæ fundamento nititur. Id. pag. 276.

Diserte negat *Sherlock* nos posse fieri *justos per imputationem Christi justitiæ.* pag. 315.

Christus *non erat* factus sub lege, *ut nos redimeret per ipsius obedientiam* imputatam, *sed ut* Judæos *liberaret à lege ceremoniali.* Id. pag. 317.

In omnibus locis in quibus leguntur vocabula ejusmodi, imputatio, imputari, imputare, *quæ ad justitiam referuntur, ne unus quidem invenitur, qui non intelligi debeat de fide efficaci, quæ quidem planè eadem res est cum gratia inhærente.* Collat. int. 2. intim. Amic. pag. 133.

De Juſtificatione fidei.

Eccleſia Anglicana.

FIdes juſtificans non ſolum eſt aſſenſus communis fidei articulis, ſed vera fiducia & confidentia in miſericordia divina per Dominum noſtrum *Jeſum Chriſtum. Hom. de ſal. pag.* 22.

Diaboli non ſolum credunt articulis fidei, ſed & quicquid in veteri & novo teſtamento ſcriptum eſt, cum veritate concordare; cùm tamen hac ſuâ fide, Diaboli perſtent in ſuo damnationis ſtatu, utpote vera fide Chriſtianâ deſtituti. *Hom. de ſal. pag.* 19.

Medium per quod debemus nobiſmet ipſis applicare merita & fructus mortis *Chriſti*, unde poſſit ſalutem producere

Novatores.

JUſtificamur per fidem quâ credimus quæ nobis ſunt à Chriſto revelata de voluntate Dei. Sherlock de cogn. Chriſti p. 255.

Illa ſententia quæ ponit fidem juſtificantem in fiducia & confidentia de miſericordia Dei per Chriſtum Jeſum, *non eſt vera.* Thorndike Pond. & menſ. pag. 64.

Quiſquis eſſentiam fidei juſtificantis ponit in mera fiduciali recumbentia in Chriſtum, *actione nempe imaginariâ mentis fictricis, per quam fit applicatio* Chriſti *juſtitiæ ad ſe, eo ipſo omnem ſuam fiduciam immediatè ponit in* Chriſti *perſona, & novam comminiſcitur religionem.*

re animarum nostrarum, non aliud est quàm fides firma & roborata. *Hom. de pas. pag.* 188.

Unicum illud medium & *instrumentum* salutis requisitum ex parte nostra, est fides, fides inquam seu firma fiducia, & confidentia in misericordia Dei. *pag.* 187.

Scriptura dicit quòd fides justificet quoniam rectà nos ad *Christum* amandat, ut compotes remissionis peccatorum fiamus, tum quia fides amplectitur promissiones misericordiæ divinæ. *Hom.* 3. *de sal.*

Una fides nos & Patriarchas sub lege salvare debet, at fides firma & certa in *Jesum Christum.*

nem Evangelio Christi oppositam. Sherlock def. cogn. Christi p. 312.

Modale & aulicum datur genus fidei, quæ deses est, cùm tamen recumbat in gremiũ Christi, quæ vocatur recumbentia qua provolvimur in Christum, nosquemet rejicimus in ejus merita, & sub tegmine ejus quasi apricamur, & conquiescimus &c. mirũ nisi hæc sit insolens incantatio, & magica operatio multum eo nomine debens imaginationis viribus, seu imaginariæ fascinationi quæ talia comminiscitur. Patrick. par. perigr. p. 139, 140.

In spem venio te operam daturum, ut notio illa eradicetur, quòd fides nihil aliud sit, quàm actus fiducialis,

stum. Hom. de pas. pag. 137.

Ecclesiæ Anglicanæ homiliæ quæ de fide loquuntur, ejusmodi locutionibus sunt refertæ, uti sunt, quòd per fidem, jugiter & firmiter *Christum arripiamus*, illi quasi *agglutinetur*, & *adhæreat* anima per fidem, ab illa rupe, nempe *Christo*, dulcedinem sugamus salutis sempiternæ, quòd per fidem in Christum, prehendamus Dei misericordiam, quòd per fidem vivam, amplectamur verum & vivum Deum. *Hom. de Sacrament. pag.* 200. *Hom. de pœnit.* 262. 264.

lis rejiciendi in eum ejusq; merita nos nostramq; omnem solicitudinem per applicationem nobismet ipsis factam justitiæ illius. Insuper doctrinam de fide orthodoxâ pro ridiculo habet, dicens; *si ejusmodi phrases superaddis, quòd fides sit prensatio Christi, per quam Christum arripimus, Christo jungimur, illi innitimur, illum amplectimur, mirum nisi tantò magis in tuto te esse reputes.* Id. pag. 143, 144.

Abrahamus *& reliqui boni Christiani, fideles non sunt vocati propter desidem recumbentiam in Christum, pro salute obtinenda, nec à fortissima applicatione meritorum Christi ad animas suas; si hoc satis esset ut homo denominetur fidelis, tum non*

De Justificatione fidei.

Ecclesia Anglicana.

Fides illa est per quam apprehendimus & arripimus promissiones Dei circa remissionē & condonationem peccatorum gratuitam. *p.* 267.

Illud demum est adhærere & inniti *Christo* ejusq; promissionibus factis in sacramenti institutione, quando *Christum* quasi tuum facis ejusq; merita tibi ipsi applicas. *Hom. de sacr. pag.* 200.

Si sentimus animas nostras gravi peccatorū onere premi, & tormentis affligi, præ terrore mortis, inferni, & damnationis, recurrendū nobis est ad fidem, tanquam ad unicum & fidum salutis *instrumentum* quod

Novatores.

indigemus alio charactere nec alia descriptione servi fidelis quàm sequente. Ille bonus & fidus est servus, qui recumbit totus in Domini sui merita, in cujus amore & bonitate fiduciam suam reponit, unde omnium suorum peccatorum veniam expectat, & spem concipit futurum ut justus censeatur servus, quia justus est Dominus. Recumbit in brachium Domini, & ejus collum circumcingit, non antè dimissurus illum quoad mercedem suam persolvat. Omnia Domini opera sibi applicat ut sua, & precatur ut Dominus excusatum habeat, si quando cessat in officio & opere demandato, quoniam Dominus longè accuratiùs quàm servus potest illud præstare

Ecclesia Anglicana.

quod nobis supereſt. *Ho. de paſ.* 188.

Hanc doctrinam de juſtificatione per fidem *ſine operibus*, quiſquis pernegat, non eſt dignus qui *Chriſtianis* accenſeatur. *Hom.* 2. *de ſalute.*

Quandoquidem per fidem amplectamur divinæ miſericordiæ promiſſiones (quod perfici nequit à *quaquam* virtutum aut operum noſtrorum) ideo dicere ſolet ſcriptura, quòd fides ſine operibus juſtificet. *Hom. de ſal. pag.* 18.

Fides non excludit pœnitentiam, ſpem, amorem, timorem Dei, ut

Novatores.

ſtare: ne tibi animo effingas ejuſmodi notionem deformem, omnibus eſſe ſuis numeris perfectam, ad definitionem verè fidelis conficiendam. Id. Ib. & 150.

Juſtificatio ut plurimùm fidei attribuitur, quoniam cæteræ gratiæ *virtualiter fide continentur, tanquam origine & principio unde omnes dimanant.* Col. int. &c. p. 164.

Obedientia uſque adeo pertinet ad fidem, ut debeat fidei definitionem ingredi. Patrick. Parab. perig. p. 139.

Amici noſtri quos hodie Latitudinarios *vocant, multùm ſudant in doctrina fidei juſtificantis tractanda, ut non ſolùm faciant ut obedientia illam excipiat, ſed & de illius* natura *ſic ſtatuant, ut ſinceram obedien-*

ut disjungi debeant à fide, in homine qui est justificatus, sed excludit ab *officio justificandi*, & semper licèt adsint, nec una adsit gratia sine altera in eo qui justificatur, attamen nec omnes nec conjunctim justificant. *Hom. de Sal. p.* 14, 15.

Bona opera quæ sunt fidei fructus, & justificatos sequuntur, ex vera & viva fide profluunt, ut planè ex illis æquè fides vera cognosci possit, atq; arbor ex fructu judicari. *Art.* 12. *Eccl. Ang.*

Justificamur coram Deo solummodo propter meritum Domini nostri & salvatoris Jesu Christi, per fidem, & non

tiam includat Christi scilicet præceptis. Collat. inter 2. intim. amic. p. 114.

Fides in Christum *illa est de qua Act.* 24. 24. Justitia nempe, temperantia, judicium ultimum *quæ sunt longè præcipua Evangelii materia.* Sherlock de cogn. Chr. p. 171.

Fides in Christum, *hoc est, sincera & universalis obedientia.* Id. Ib.

Hæc distinctio quæ ponit fidem non justificare absolutè quatenus est fides, sed relativè, i. e. *quatenus apprehendit* Christi *justitiam, debetur præconceptæ & præjudicatæ opinioni, sine qua nemo in eam incurrisset, quòd, quando scriptura affirmat fidem justificare, ejus mens sit illam non aliter*

justi-

Ecclesia Anglicana.

non propter opera & merita nostra; quocirca hæc doctrina de justificatione per solam fidem, est saluberrima, & solaminis plena. *Art.* 11. *Eccl. Angl.*

Fides nos *à se abstrahit*, nosq; sistit Christo, ut per eum solum justificemur; ut jam fides nostra in Christum, hisce quasi verbis, nos compellare videatur; non egomet peccata vestra tollo, solius est *Christi* id agere; ad eum vos in hunc finem amando, ita ut procul abjectis virtutibus, verbis & cogitationibus & operibus bonis, in *solo Christo*, tua sit reposita fiducia. *Hom. de salut. pag.* 18.

Justifi-

Novatores.

justificare quàm instrumentaliter & relativè, hoc est, non quatenus est fides, tametsi scriptura asserit fidē justificare. Sh. de cog. Ch. p. 83. Vid. pag. seq. lin. 3.

Porrò, naso suspendit virū pium quendā, qui comparationem actus fidei justificantis instituit cum oculorum conjectu versus serpentem æneum, hisce verbis, nemo hactenus adeo fuit fœlix. in typorum explicatione, nullus (*inquit*) serpens æneus versutiâ suâ est ad hujus typi Interpretem comparandus. *At, mi* Sherlock, *si non omnino vereris scommata tua in faciem homiliæ* Anglicanæ *conspuere, in sacram saltem paginam, ore blasphemo scurrilitates tuas evomere, obsecro ne sustineas.* Vid. pagg. seq. lin. 11.

De Juſtificatione fidei.

Eccleſia Anglicana.

Juſtificatio per fidem, non eſt ita intelligenda, quaſi ipſe proprius actus credendi nos juſtificare queat, hoc enim argueret, quòd juſtificemur per actum aliquem, ſive virtutem quæ nobis ineſt. *Hom. 2. de ſal.*

Fides juſtificat quatenus eſt *inſtrumentum*, quo *Chriſtum* arripimus & plena fiducia applicamus nobis *Chriſti* ſatisfactionem. *Epiſc. Prideaux lect. 5. p. 69.*

Quemadmodum qui intentis oculis intuebantur ſerpentem æneum, ſanati & liberati erant ad merum ejus conſpectum, morſu corporali, pari modo qui *Chriſtum* crucifixum aſpiciunt per veram & vivam fidem, citra dubium liberabuntur, à vulneribus animæ mortiferis. *Hom. de paſ. pag. 188.*

De fide Patriarcharum.

Eccleſia Anglicana.

LIcèt fideles, de quibus *Heb.* 11. Chriſtianorum nomine non inſigni-

Novatores.

NEmo potuit *in* Chriſtum *credere*, *ante adventum* Chriſti. Sher-

lock

De fide Patriarcharum.

Eccleſia Anglicana. Novatores.

inſigniantur, attamen fide Chriſtianâ præditi fuerunt, ut qui juxta ac nos, præſtolarentur omnia benificia à Deo per & propter merita filii *Jeſu Chriſti.* In eo differimus quòd illi ſpectarent ad *Chriſtum* venturum, nos ad *Chriſtum* qui jam venit; quocirca egregiè *Auguſtinus*, *tempora ſunt mutata, at non fides; illis & nobis una eademq; fides contigit in uno eodemq; Chriſto.* Hom. de fide pag. 25.

Argumentum 51. capitis *Eſaiæ*, authoritate Eccleſiæ Anglicanæ conſtitutum, ſic ſe habet; *exhortatio ad fiduciam in Chriſtum, ſecundùm* Abrahami *exemplar.*

Una

lock de cogn. Chriſti p. 247.

Fides Abrahami *non erat fides in* Chriſtum, *nec fiducialis recumbentia, aut acquieſcentia in* Chriſto, *ad ſalutem obtinendam.* Id. Ib.

Abel & Enoch *non habuerunt particularem ullam de voluntate Dei revelationem, præter illam quam naturalis religio dictitat, quæ fundatur in naturali demonſtratione, & morali argumentatione, & eatenus placuerunt Deo; nec quicquam præterea Deus requirebat ab iſtis bonis viris.* Sherlock pag. 253.

Nullas Deus promiſſiones dedit veteri mundo, de vita æterna *& beata poſt hanc vitam.* Jer. Tayler Reſp. ad Epiſc. Roſſenſis; Vid. pag. ſeq lin. 9, 10.

De fide Patriarcharum.

Ecclesia Anglicana. | Novatores.

Una fides debet salvare nos & illos, ut fuerunt *Abraham, Isaacus, & Jacobus*, eaq; firma & stabilis fides in *Jesum Christum. Hom. de pas. pag.* 187. | fensis Epistolam. pag. 875.

Vetus Testamentum non est novo contrarium, nam in hoc & illo juxtà, vita æterna offertur humano generi per *Christum*, quocirca non est fides illis adhibenda, qui confingunt veteris testamenti patres, spectasse & expectasse tantum promissiones *fluxas & temporarias. Art. 7. Eccl. Angl.*

De Perseverantia.

Ecclesia Anglicana. | Novatores.

ELecti & *vocati secundùm propositum*, prædíti sunt illâ gratiâ quæ peccatum regnans excludit; atq; illa gratia semel habita, nec totaliter, nec finaliter unquam

SI *quando semel reconciliati in baptismo, & maximâ apud Deum gratiâ valentes, ab ea gratiâ excidimus, non est quòd expectemus justificari sub eadem conditione, ut prius, sed*

Eccleſia Anglicana.

quam amittitur. *Field Decan. de Ec. pag.* 833.

Ubi Articulus 16. Conf. *Eccleſiæ Anglicanæ* dicit, quòd accepto ſemel ſpiritu ſancto, poſſumus diſcedere à gratia, & rurſus gratiæ fieri participes; mens ejus eſt quòd electi poſſint aberrare à gratiæ præceptis, in quibuſdam rebus, & incidere in gravia peccata, à quibus tamen eriguntur per pœnitentiam, non autem totaliter poſſunt deficere. *Decan. Field pag.* 834.

Quandoquidem Deus ab æterno filium ſuum amaverit, neceſſe eſt, ut itidem amaverit, & prætulerit cæteris, illos qui ſpiritualiter deſcenderunt, & orti ſunt ab eo. *Hooker Eccl. Pol. l.* 5 *ſect.* 56.

Novatores.

ſed inpoſterum imperfecta, & incerta eſt noſtra reconciliatio, atq; opus plenum periculoſæ aleæ. Tayler. Gr. exemp. pag. 122.

Status gratiæ per enormia peccata perditus eſt. Thorndike Pond. & menſ. pag. 70.

Sanctus æquè ac Angelus, ſi deficit à ſua innocentia, ſatanas & diabolus evadit. Cauſ. Chriſt. rel. labeſc. pag. 30.

Non poſſe hominem qui ſemel fide juſtificante imbutus eſt, ab eadem penitus deficere, atque in æternum perire, eſt dogma, quo non aliud datur pernitioſius. Geo. Bul. apol. pro harm. pag. 75.

De certitudine ſalutis.

Eccleſia Anglicana.

CHriſtianus, adultus fidelis, certus eſſe poſſet de ſuâ tam patriæ quam viæ ſalute. *Prideaux lect.7.p.97.*

Novatores.

QUi ſunt in religione Chriſtianâ longum tempus immutriti, non ſunt certi, ſe in ea perſeveraturos. Tayler. Gr. Exam.p.38.

De precibus pro defunctis.

Eccleſia Anglicana.

NOn aliter evenire poteſt, ſi *Chriſti* ſumus ſervi fideles, quin animæ noſtræ futuræ ſint cum Deo poſt diſceſſum noſtrum è præſenti vita. *Hom. de tim. mortis pag.66.*

Liquet nobis ex ſcriptura, quòd fideles, in morte nulli dubitaverint de ſuo abitu ad *Chriſtum* in ſpiritu. *Id.Ib.*

Patres

Novatores.

QUantumvis magna ſit ſpes de ſolicitis, ut moriantur in ſtatu bonorum Chriſtianorum, quòd non ſint in dubio penduli (ad inſtar eorum qui expectant anxii qui futuris eſt exitus ſuæ probationis) ſed conſiſtant intra ſepta cœleſtis Jeroſolymæ; *attamen cùm conditio eorum ſit adhuc incerta, & tam detur ſortis pejoris timor, quàm*

De precibus pro defunctis.

Ecclesia Anglicana.

Patres sancti veteris legis, omnesq; fideles & justi, qui decesserunt ante *Christi* ascensum in cœlos, traditi sunt in manus Dei, & recubuerunt in *Abrahæ* sinu ubi plena fuit consolatio. *Hom. de tim. mort. pag.* 65.

Absit ut dubitemus de hac scripturæ veritate, quòd anima hominis transeat statim & protinus de hoc corpore vel ad cœlos, vel ad inferos. *Hom. de prec. pag.* 122.

Ad quæstionem an precari debeamus pro defunctis necne, respondendum est, si fides est verbo Dei, nullum eâ de re præceptum nos habere. *Hom. de prec. pag.* 121.

Anima hominis quæ statim

Novatores.

quàm melioris spes, Ecclesia optimo consilio semper eos juvit precibus viventium, non solùm ut sine mora peragatur eorum probatio, quam omnes animæ beatæ exoptant, sed & absq; impedimento absolvantur coram Deo in gloria. Thorndike pond. & mensur. p. 107.

Pari ratione & fundamento creditur communio sanctorum in precibus quas defuncti in maximo apud Deum favore concipiunt in gratiam nostram [&] *in precibus quas fundimus pro defunctis, in infimo gradu favoris apud Deũ, pari inquã ratione, hæc communio creditur, atq; quod datur communis Christianismus ex scripturis, per perennem Ec-*

De precibus pro defunctis.

Ecclesia Anglicana.

statim & viâ rectâ tendit ad cœlos, non opus habet ullis precibus. *Id.* 122.

clesiæ praxim expositis. Thorn. pondera p. 159.

Nemo novit utrum sancti in Cœlis, precentur pro nobis necne. *pag.* 116.

De Diebus Festis.

Ecclesia Anglicana.

PLanum est illam esse Dei voluntatem & præceptum disertum, ut tempus solenne, & dies *septimanatim* recurrens, observetur, in quo populus conveniat in unum, & in memoria habeat ejus admiranda beneficia. *Hom. de temp. & loc. prec. pag.* 125.

Si volumus esse cœlestis patris filii, debemus diligenter & cum cura solicita,

Novatores.

NIhil quicquam morale erat in quarto præcepto, nisi ut honorem Deo exhibeamus, propter creationem, & in hunc omnemq; alium finem religiosum, seponamus partem temporis *nostri, quæ sit illi sacra.* Tayler. Gr. ex. pag. 114.

Pari *obligatione tenemur observare dies festos, & jejunii, præscriptos ab Ecclesia, atq; diem dominicum; utrobiq;*

De Diebus Festis.

Ecclesia Anglicana.

solicita, observare Sabbatum Christianum, seu diem dominicum, namque illud est *disertum & expressum Dei mandatum.* Hom. de loc. & temp. prec. pag. 125.

Novatores.

biq; valet potestas Ecclesiæ, *unde impostura eorum manifesta est, qui obligationem observandi diem dominicum, repetunt à Sabbato Judaico.* Thornd. pond. & mens. pag. 113.

Ecclesia non potest obligari ad observandum primum septimanæ diem, per illud præceptum quo obligata fuit synagoga ad observandum ultimum septimanæ diem. Id. Ib.

Jejunium quadragesimale & dies dominicus pari & æqua *authoritate nituntur.* Id. pag. 121.

Nemo tenetur magis *observare diem dominicum ex conscientia officium dictante, quàm cæteros dies festos. Non est* major *obligatio observandi diem dominicum quàm alios dies festos. Par utrobiq; obligatio fundatur, non in quarto, sed in* quinto præcepto, Honora patrem & matrem &c. *Hickringle. Pat. Greg. pag. 90.*

De Ceremoniis in cultu divino.

Eccleſia Anglicana.

CEremoniæ ſibi ſimiles in omnibus locis non ſunt neceſſariæ. *Art.* 34. *Eccl. Angl.*

Planè cenſendum eſt de Ceremoniis Eccleſiæ Anglicanæ, quòd *illicitæ & impiæ* eſſent, ſi probari poſſet quòd ſint *pars cultûs divini.* Davenantius Epiſc. Sarisb. Determ. 20.

De *digniſſimâ* divini cultûs parte derogaremus, ſi prædicationem verbi non haberemus magno in pretio, nec de ea cenſeremus, ut de *inſtitutione* Dei benedicta & de *clavibus*, quibus janua aperitur ad cœlorum regnum. *Hooker Eccl. Pol. l.* 5. *ſect.* 22.

In eo, prædicatio & lectio

Novatores.

CEremoniæ Eccleſiæ Anglicanæ *ſunt* pars *neceſſaria ſancti & divini* cultûs. Hickr. p. 208.

Ceremoniæ ſunt pars longè neceſſaria & religioſa cultûs divini, *conciones verò* non *ſunt omnino pro* cultu *divino habendæ, quantumcunq; bonæ ſint.* Hickringle Greg. Pat. p. 297.

Quo tandem in pretio & loco habeantur conciones, de illis non alia æſtimatio eſſe debet, quàm quòd ſint in ordine ad cultum, *prout Commentaria ſunt quæ clarè & honeſtè exponunt, quid ſibi velint* ceremoniæ, *& ad* illarum *obſervationem hortantur.* Id. Ib.

Ceremoniæ ſignificantes ex Eccleſiæ, inſtituto in cultu divino ſunt neceſſariæ.

Thorn-

lectio verbi, in æquo stant, & paria faciunt, quòd hæc & illa juxta, habeant Deum approbatorem, *authorem*, & gratiam divinam comitem. *Id. Ib.*

Si licitum est adhibere in Ecclesia ceremonias significantes, poterit imponi ministro, ut concionaretur galeâ tectus, ense accinctus, in manu habens clypeum, ut significantes indices panopliæ spiritualis. *Auth. Anonym. lib. de gubern. Eccl.*

Thorndike pondera & mensur. pag. 116.

Doctor quidam qui se sine dubio egregiè doctum & nasutum putat, cùm feriis natalitiis dudum apud Nordovicenses concionaretur, auditoribus edixit, ideo nos debere genua potius ad nomen Jesu *quàm* Christi *flectere, eò quòd nomen* Christi *duntaxat esset nomen* officii, *at nomen* Jesu essentiam *designaret, quod quidem ita esse probavit argumento ex penu suo* grammaticali *deprompto; nempe, quòd vox* (Jesus) *per tres tantùm declinationes inflecteretur,* JesuS, JesU, JesuM, *quorum vocabulorum ultimæ literæ conficiunt* SUM, *quod verbum evidenter denotat* essentiam, *unde invictè probavit quòd nomen* Jesus *designet* essentiam. *Hanc historiolam obiter adduxi, ad lectorem parumper reficiendū, mirum ni legendis-*

tot:

De Ceremoniis in cultu divino.

Eccleſia Anglicana.

tot Novatorum erroribus defatigatum. Veniam verò mihi concedatis obſecro (viri Reverendi) quòd, hæc dum recito ludicra, equitare quaſi in arundine longa, cum puerili hoc doctorculo, vobis fortaſſe videar; quocirca reverentiam ejus cum humili hac precatiuncula valere jubeo, ut nempe quantò indoctior eſt, tantò ſe gerat ſubmiſſiùs, quantóq; ineptiùs veritatem prædicat, tantò prudentiùs pro munere ſibi demandato, pacem cuſtodire ſatagat. D.Hi.Conc.Nor. habita.

De Idololatria.

Eccleſia Anglicana.

PAlam fiet probationibus à veteribus doctoribus, & primitivæ Eccleſiæ ſententia petitis, quòd tam imagines Dei, Chriſti & ſanctorum, quàm Ethnicorum idola, prohibitas & illicitas eſſe in Eccleſiis & Templis. *Hom. de idol. p.* 39. Imagines

Novatores.

ILli reformationis vindices, qui Papiſtas idololatriæ incuſant, eatenus ſe ſiſtunt ſchiſmaticos coram Deo. Thornd. pond. & menſ. pag. 7.

Idololatria eſt diſceſſio à vero Deo, & exhibitio cultûs divini creaturæ, ſive idolo, hoc eſt Deo imaginario, nullo,

Eccleſia Anglicana.

Imagines & cultus imaginum apud Eccleſiam primitivam quæ longè pura & incorrupta extitit, res fuerunt abominandæ & deteſtandæ, & pugnantes cum vera Chriſtiana religione. *Hom. de idol. pag.* 38.

Imagines ſalvatoris noſtri, beatæ virginis *Mariæ*, Apoſtolorum, Martyrum, aliorumq; ſanctitate illuſtrium, præ cæteris periculum idololatriæ inducunt; Quare non debent in templis erigi. *Hom. de idol. pag.* 61.

Quamdoquidem viri pii cùm in vivis eſſent, ab honore quoquam & cultu per genuflectionē ſibi delato, plane abhorrebant, ut qui cenſerent

Novatores.

nullo fundamento quoad eſſentiam ſive exiſtentiam nixo. Tayler. lib. Proph. pag. 258.

Imagines quæ præſupponuntur in ſecundo mandato, ſimulachra ſunt aliorum deorum, ad quorum præſentiam ſolenne erat populo Dei in idololatriam incidere, dum colebant eos in locum Dei veri, ut Deos veros. Thorndike pond. & menſ. pag. 166.

Imagines in templis revereri, non eſt idololatria. Id. pag. 127.

Cultus ſanctorum imaginibus adhibitus, non poteſt eſſe idololatria, quamdiu homines illos pro ſanctis habent, hoc eſt pro Dei creaturis, nec cultus imaginibus Domini noſtri, ad quem,

Eccleſia Anglicana.

rent ejuſmodi cultum Deo ſoli deberi, quis non hodiernam horreat inſaniam procumbendi ad idola mortua, imagineſq; *Petri & Pauli*, et deferendi eum cultum lapidibus, et ſtipitibus quem ſibi ſuperſtitibus deberi pro re abominanda habuerunt. *Hom. de idol. pag.* 20.

Nulla poteſt eſſe imago Chriſti, niſi quæ ſit mendax, quia Chriſtus eſt Deus et homo. *Hom. de idol. pag.* 42.

Omnes imagines Chriſti et ſanctorum erectæ in Templis, ſunt contra Dei legem. *Id. pag.* 45.

Sicut umbra ſequitur corpus, ſic idololatria ſequitur publicam erectionem imaginum in Templis. *Id. pag.* 60.

Novatores.

non ad ejus imaginem honor terminatur. Id. pag. 127.

Cultus hoſtiæ in papatu non eſt idololatria. Id. 125.

Licèt genuflexio ad Euchariſtiam eſſet idololatria, illam tamen Chriſtianiſmus ſanctificaret. Id. Ib.

Qui profitentur ſolum verum Chriſtum, adeoq; ſolum verum Deum, neceſſariò profitentur ſuam idololatriæ deteſtationem, atq; hanc Eccleſia Romana animo tam ſincero profitetur, ut qui idololatriam illi impingunt; at niſi expreſsè hanc profeſsionem abrenunciarent, non poſſunt idololatriæ redargui. Thornd. Pond. et menſ. pag. 6.

Sacramentum

De Idololatria.

Eccleſia Anglicana.

Sacramentum Euchariſtiæ nulla inſtitutione divina, adorari debet. *Art.* 28. *Eccl. Angl.*

Doctrina Romanenſium de veneratione et adoratione imaginum, res eſt futilis, inaniter conficta, et nullis ſcripturarum teſtimoniis innititur, imo verbo Dei contradicit. *Art.* 22. *Eccl. Angl.*

De ſummis poteſtatibus.

Eccleſia Anglicana.

MAgnæ dantur differentiæ inter duas haſce regulas, una quidem quæ Dei eſt, continet directionem infallibilem, at quæ eſt lex hominum, in errorem ſæpe inducit. Alia datur differentia, quòd cùm nullius rei uſus ſit ulteriùs legitimus, quàm quatenus probatur à ſummo legiſlatore

Novatores.

QUi ſummis poteſtatibus ſubſunt, ſe debent ſuperiorum judicio ſubmittere, licèt conſcientia dubia & ſcrupulis anxia contrarium diſſitet. Thornd. pond. et menſ. pag. 130.

Obedientia quàm præſtat populus ſupremis ſuis Dominis, benedictionem habet comitem, vel cùm quæ jubentur

legiſlatore Deo, virtutis eſt actus abſtinere ab illis rebus quæ à Deo prohibentur, verùm nihil tale ſequitur ex imperatis et prohibitionibus quæ ab hominibus fiunt. *Field Decan. de Eccl. pag.* 400.

Intellectus humanus creatus eſt ad inquirendam et cognoſcendam veritatem. In *vitio* ſunt omnes qui aliorum placitis adhæreſcunt, nunquam indagantes utrum ea quæ credenda proponuntur, digna ſunt fide necne. Certum eſt intellectum cujuſlibet hominis Deo debere hanc ſuam operationem *indagandi* & exquirendi veritatem; nam credere promiſcuè

hentur circa circumſtantias in religione (ceremonias intelligit) planè & è directo pugnant cum lege Dei. Hickring. Greg. pat. pag. 322.

Abſolutè neceſſarium eſt ad pacem & regimen mundi, ut cujuſq; reipublicæ magiſtratus ſupremus ſit ea poteſtate indutus qua regat *conſcientias ſubditorum in religionis negotio.* Parker. Eccl. Pol. pag. 10.

Niſi principes ea ſint poteſtate veſtiti obligandi ſubditos ad obſequium illius *religionis quam ipſi judicant ad publicam pacem & tranquilitatem conferre, non alia eorum æſtimatio habenda eſt, quam ſtatuarum & imaginum, ſpecie duntaxat authoritatẽ habentiũ.* Id. p. 12.

Si

Eccleſia Anglicana.

promiſcuè quicquid à Prælatis decernitur, non eſt opus *virilis* intelligentiæ, ſed *puerilis* inſcitiæ. *Daven. de jud.& norm.fid. pag.*164.

Stultum eſt ſolis hominibus fidem aſtringere, qui & poſſunt decipi, & ſolent decipere. *Daven. de jud.& norm.fid.*166.

Si cæcus cæcum duxerit ambo in foveam cadent; graviore forſitan ſuperior qui ſe *oculatum* jactitavit, ſed certâ pernitie inferior, qui ſtultitiâ voluntaria *ſeipſum exocularit*. Id.

Novatores.

Si propriè volumus loqui, dicendum eſt, quòd magiſtratûs mandata, perfectè evacuent, conſcientiæ dubitationes, & extra dubium ponat, conſcientiam in dubio pendulam. Id.pag.287.

Tantùm abeſt, ut agere contra conſcientiæ ſcrupulos & dubia, ſit peccatum, ut contrà ſit virtutis *exemplum longè eminentiſſimum.* Id.pag.303.

Homines ſortis privatæ, ſui non ſunt juris nec actionum ſuarum ſunt Domini, nec duci *debent* à proprio judicio, *ſed ab imperatis & decretis* publicæ conſcientiæ, *nam ſi quid peccati ſuperiorum mandatis ineſt, qui* imponit *debet Deo reſpondere, non qui* obſequitur, *cui hoc ſolum officii incumbit, nempe* obedire. *Juſſa imperantis me* tuentur, *ſunt facti mei* authoramentum. *Obſequium meum* ſacrabit,